et pereatis de via iuſta. Memor vir
ge ferree cuius propheta iam memi
nit. quod inde in etate puerili audi
erim audiatis. ¶ Erant in ſcola
duo inſolētiſſimi ſcolares adoleſcē
tes qui nō ſolum non pati volebāt
correctiones magiſtri veruz etiam
et ad inſolentias et diſſolutiones
alios ſtudere volentes ſepiſſime cō
pellebant. et hoc quidem magiſter
emendare nō poterat nec audebat
Contigit ergo magiſtꝝ mori ꝗ ter
tio die aut quarto in media ſcola i
effigie magiſtri dyabolū cū virga
ferrea corā omnib᷒ apparere. Nec
mora cū nigro vultu i adoleſcētes
dictos exurgēs. et cū v͛ga illis mor
tem intēptās repēte diſparuit Mor
q̄ȝ illi p̄ pauoē in furiā verſi poſt di
es aliquot obierūt Ex hic ergo ſco
lares diuinū aduertant iudiciuz et
magiſtris ſuis ſubdi diſcant nec vn
q̄ȝ refugiant corrigi ne eis ꝯtingat
poſtmodū ſb virga ferrea vapula
re. In fine autez hui᷒ ꝑticule de api
b᷒ notari poteſt q̄d diciẗ ꝙ aculeo
nihil mitib᷒ nocēt. qꝛ nō ꝓpter legū
obſuatores ſed ꝓpter trāſgreſſores
pena eſt in legib᷒ cōſtituta. Si q̄ ve
ro ſudores amaros hn̄t et q̄ſi a na
tura fetidi ſūt hos ꝑſequūtur ꝗ pū
gunt Sudoēs amari peccata ſigni
ficant. q̄ ad amaritudinē ꝑtrahunt
ſēpiternaz Natura aūt fetidi ſūt q̄
ꝑ cōſuetudinē pccōꝝ q̄ ꝓprie non ē
natura infames facti ſunt. et fetore
turpi. fame ſue. corda hoim oī feto
re graui᷒ īfecerunt. Tales vtiq̄ȝ bo
ni clauſtrales vl' veri fideles q̄ſi vē
apes nō īmerito ꝑſequūẗ et pūgūt
ſicut dauid de ill' dicit ꝑfecto odio
oderā illos īimici facti ſūt mihi. Et
ſup̄. Iniquos odio habui et legē tu
am dilexi. Cōſeq̄ꝯs eſt eni vt q̄ legē
diligit inimicos legis odit iniquos
ꝑfecto tamē odio id eſt ꝑfectorum
qui dei facturā diligunt hoc eſt ho
minem et factum hominis quod eſt
peccatum conſequēter oderūt

¶ De periculo carentium zelo correctionis. Capitulum .xvi.

Apes que aculeum perdunt. mella decetero facere non poſſunt. Quid melle dulciꝰ quid v͛tute iocundius. Hanc vtiqꝫ in ꝑmo promouere non ſatagūt qui peccātem ꝑmū arguēdo vel accuſando non pungūt Vel alit͛ exponi poteſt. ꝫ grauius. Apes q̄ aculeū perdūt mella de cetero facere non poſſunt quia ſepius fit vt q̄ ꝑmo ſubuenire arguendo vel iudicādo nō curat. iuſta vindicta dei a melle virtutiſ cadat ⁊ q̄ fratri ſuo a fouea cauere noluit ipemet laborintū iniquitatis incurrit. Quid miri? Maledictꝰ a ꝓpheta dicit͛ qui prohibet gladiū ſuū a ſanguine. Prohibere aūt gladiū a ſanguine ē ꝑmū nolle verbo corrigere quo mori poſſet penitendo a peccato. et viuere correptus deo. Talis maledictus id eſt malo addictꝰ eſt qꝛ in eo ꝙ proximū curare noluit eū in malum culpe in p̄nti et malū pene in futuro perpetue damnationis inuoluit De hoc quod nr̄o tempore cōtigerit audiamꝰ. Vidimꝰ in monaſterio quodā monachū naturali ingenio et ſcientia preditū virtute caſtitatis et omni moꝝ honeſtate preclaꝝ. In quo ſolus ille defectꝰ erat ꝙ nullā ɔtra peccata rigiditatē habebat. quē defectū in eo corrigēdū ſperantes monachi eū in abbatem vnanimiter elegeruntt. At ille factus abbas vt ante in puſillanimitate et ignauia perſtitit. Et ex hoc ordo monaſticꝰ notā ſatis grauem diſſolutionis incurrit Quod ſuꝑiores eius ordinarij graue ducētes illum ab officio remouerūt. qd̕ ille ſupra modū grauit͛ ferēs ad tantā paulatim impacientiā venit vt manꝰ iniq̄tati totalit͛ daret et ſe impudentiſſime neq̄ſſimis in dilapidationē ecc̄e ſociaret. Nec hoc tp̄s diſtētius int͛ceſſit cū eſſet poſitꝰ in agonia importunos exactoēs ſibi inſtare vidit. ſcqꝫ oportere reddere rōnem nō ſolū de ſuis exceſſibꝰ. verūetiā de illoꝝ exceſſibꝰ q̊s quōqꝫ corrigere debuit et nō correxit. Exactores ergo cum declinare vellet nō potuit. clamans inter anguſtias expirauit. O q̄ꝫ horrendū eſt illius horā exitꝰ expectare et nō cū lachrimis debitis et lamētis et dignis penitētie fructibꝰ ꝑuenire. Huiꝰ ergo exempli gratia correctionis aculeū habeas ne fruſtreris melle et a virtute cadas.

¶ De culpe remiſſione. Ca. xvij.

Sunt et apes ruſtice aſpectu horride multo iracūdiores. ſed labore ⁊ opere preſtantes. Ille aliq̄n in tantū attacto aculeo pungūt vt inteſtinū ſequat͛. et tūc ilico moriunt͛. Apem ruſticaꝫ et aſpectu horridā quoſdā clauſtrales intelligo qui in exteriori ordinis obſeruatione ſuperficialiter ambulantes nulla dulcedine ſanctiſpiritꝰ interiꝰ irrorant͛ Hi bn̄ in actibꝰ apoſtoloꝝ ſignati ſunt ꝑ illos q̄ ſe ſpiritū ſanctū ignorare reſpondēt ⁊ ſe tn̄ in Johis baptiſmate baptiſatos q̊ vtiqꝫ dura abſtinentia preditꝰ zona

pellitia ꝛ camelorum hirſutus hor
reſcebat Tales vt ꝓdixim⁹ in auſteri
tate moꝝ exterius ābulantes acti
ue vite multo labore operam ꝑſtāt
et ideo iracūdiores ſūt Martha eni
ſolicita erat circa freqꝫs miniſteriū
et ideo erga plurima turbabaṫ ta/
les eniꝫ etiā intimū attacto aculeo pū
gunt vt inteſtini et rancoris odiū ſe
quatur. vel etiā occaſioneꝫ infirmis
et nōdū ꝑfectis fratribus dederint
vt ab ipſis odio habeanṫ mortaliſ
ſime peccāt. et q̄ſi irremediabile pec
catū manet. quouſqꝫ fratrib⁹ recō
cilientur ꝛ correctis moribus ſe ha
bilitēt vt ꝛ ipi in pace viuat et alios
ſecum in pace viuere permittāt. Et
vide qꝫ reprehēſibile iſtud chriſtus
in euāgelio denotauit Qui ſcādali
zauerit inquit vnū de puſillis iſtis
qui me credūt expedit ſupple magl.
ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in
collo eius et demergatur in profun
dum maris. Nota ꝙ rariſſime xp̄s
niſi hic penas certas in alio pecca/
to diſtinguit hic autem pro ſolo ſcā
dalo demerſionē in mari cum mola
aſinaria fieri iudicauit. Quis auteꝫ
magis ſcandalizat homineꝫ qꝫ qui
ei occaſionē peccati ꝛ ſcādali ꝑſtat
De his autem quorum reprehenſi/
ones vel mordacitates odij ſequiṫ
inteſtinum exemplum noſtri tempo
ris oſtendamus ¶ Venerabilis ia
cobus de vitriaco cuius ſupra feci
mus mentionē vt multis adhuc no
tum eſt crucem ieroſolimitanam ob
ſalutem multorum in brabantia ꝑ/
dicauit. Contigit autem vt pacifi/

caturus quadam die mortales ini/
micitias. iniuriam paſſuꝫ primo ſu
ꝑpliciter deinde proſtratus pedib⁹
eius ſemel. iterum et tercio cuꝫ mul
titudine populi preſēte rogaret nec
proficeret in rebellem. Conuerſus
autem ad populum dixit palaꝫ om
nibus Conteſtor vos quia qui ſp
nit nos. ſpernit et eū qui mittit nos
Rogate ergo dominum vt tale ſig
num oſtendat in obſtinatum homi
nem quo cunctis preſentibus pate
at eum hoſtiliter contra ſe in retēn
tione odij contra proximum hoc e/
giſſe. Nec mora. vbi vir ſanctus o/
rationem expleuit miſer ille euerſis
oculis ſemel iterum et tercio inter/
ram corruit ore qꝫ cruorem ſpumāſ
et ſaniem horroris maximum ſpec/
taculum et piaculum omnibus pre
buit Tunc flente populo reuerend⁹
vir fuſa prece proſtratum erexit qui
mox integerrime ſoſpitatus vbi an
te ſe inimicum vidit quaſi aliquid ro
gaturus cum lacrimis veniam pe/
tiuit. ruenſqꝫ in oſcula eius ad lacri
mas et laudem chriſti omnium cor
da commouit. ¶ Similiter et de
hoc eodem articulo quoddam me
morabile in germanie partibus cō
tigit Nobilis quidam fratrē vteri
nū a quodā valde plebeo ꝛ ignobi
li occiſum perdiderat. fugiente er/
go de patria occiſor cōtigit vt ille
nobilis ille cum multo comitatu pe
regre profectus impremeditate ſo
li in agro occurrēt occiſori. qui mox
extracto gladio vbi inimicum expe
ctāt i terrā ꝓſtrat⁹ occiſore clamauit

Miſerere mei nobiliſſime vir ꝑ illo qui tui miſertus et omniū mundū iſtum ſua morte redemit. Repente nobilis animus in lachrimis reſolutus illam quā extenderat manū retraxit. ſed cū hoc ignauie aſcribere/tur a ſuis ⁊ iterū manū extenderet in proſtratū. iterato reus ob remiſſionem peccatoꝝ eius veniā petēs ſecundo manū depoſuit Tertio increpatus a ſuis cū mortem certius intemptaēt et miſer ille ob euaſionē anguſtie quam omnis caro eſſet in extremo iudicio perpeſſura veniā precaret. reſpondit nobilis genere ſed nobilior mente Et ego inqt tibi proſus mortē fr̄is indulgeo Nec mora eadem die vt audiret miſſā eccleſiam introgreſſus vbi corā imagine crucifixi tertio flexit genua viſus eſt a quodā ſancto viro ad ſingulas genuflexiones illius nobilis crucifixus caput ſuū humiliter inclinare Seorſum ergo vir ſanct⁹ ille qui ſolus hoc viderat nobilem euocatum quis eſſet interrogat Et ille Miles inquit dicor in terra qua natus ſum Et rurſum ille Dicas inquit cariſſime nihil celes in quo cōfidis te magis diuinā miſericordiā meruiſſe Tunc miles. peccator inqt ſum et ſeculo dedit⁹ in nullo ꝓrſus niſi hodie forſitan veniam ꝓmerui. Et hoc dicens quid actū ſit retulit. Mox ille et quid vidiſſet exponens ad actū vite gratioris et meriti nobilem exhortat. Et digne quidē de viro nobili hoc audit. qꝛ phus dicit Vera ingenuitas nō recipit contumeliam Vnde tarentin⁹ ille nobiliſſimus diuitem intuens villicū male diſpenſantē rebus. Sumpſiſſem inquit de te ſupplitiū niſi tibi irat⁹ eſſē maluitqȝ impunitū relinquere qȝ ꝑ iram impiū punire Nihil eni tā preclarū tā magnificū quod nō desideret temperācie moderamē. Proinde quid phi ſentiāt ſuper eo ꝙ iniuria dimittenda ſit ꝓximis videam⁹ Dicit eni phus. Nunqȝ ſcelus ſcelere vindicādū eſt. qȝ impiū eſt meminiſſe quod oderis ledere quāto iniquius odiſſe ꝙ leſeris O qȝ magnarum virium eſt ledentem negligere. Res igitur magne clementie eſt indulgēdo corrigere peccata nō vindicādo Ridiculū eſt odio nocentis innocentiā perdere Sed reuera memoria fragilis eſt iniuriaꝝ tenax. ſi qs iraſcit et ab aliquo penas expetit a ſe exigit Magni animi eſt ꝓriū placidū eſſe trāquillūqȝ. et iniurias atqȝ offenſiones ſupreme deſpicere Si magnanim⁹ fueris nunqȝ tibi iniuriā fieri iudicabis. honeſtū eni genus vindicte ignoſcere. Propoſitū optimi viri et ingentis animi eſt tā diu ferre ingratū donec fecerit gratum. nec te ratio iſta decipiet ſuccūbūt vicia virtutib⁹ ſi illa ocito odiſſe parauerīs Diſcant ergo apes fidelium pro tempore loco et pſona aculeo pungere et nullum inteſtinū fraterni odij in cordibus retinere. vt ſic in mellis dulcore proficiant ⁊ fratrem caritatiue correctum emendatum oſtendant.

De non querendo gloriam propriam Ca.xviij

INter omnia genera animalium illud ſupra modum mirabile ꝙ apes comuné ſobolem habent et eis comunis eſt fruct⁹ Quid monache religioſe viuēs. q̄d predicator egregie de fructu multiplici ſingulariter gloriaris Et tuus fructus ſi congaudeo meus eſt. Et hoc vt Aug⁹. dicit caritas operat̄. Caritas eni teſte apoſtolo non eſt ambitioſa non querit que ſua ſunt. Rex dauid quē deus hominez ſc̄m cor ſuū inueniſſe teſtat̄ in multitudine populi quaſi ſub eo auctus creuerit gloriatus. cū populo ſuo tanta aīa aduerſione ꝑcuſſus eſt diuinit⁹. vt ſeptuaginta milia populi angelo cedēte corruerūt et ipe regni gloria deſtitutus ꝓprium filium fugerz et in maxima penuria tribus menſibus exularet. Si ergo regi dauid i multitudine populi nequaq̄z gloriari ꝑmiſſum eſt. quid eſt tibi paſtor prelate. quid tibi monache. quid tibi predicator eſt et glorie. cōmunez tibi ſobolem reputes. comunem tibi fructum cū alijs. Paulus ille excellentiſſim⁹ predicator olim in electis fidelibus reprehendit q̄d dicebant ego quidē ſum pauli. ego aūt apollo. ego vero cephe. et iuſte quia poſtea ſubinfert̄. Ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus vt nō glorietur in cōſpectu eius omnis caro. Quare aūt ille glorioſiſſim⁹ nathanael. cui xp̄s vere ſup oīs apl̄os ꝛ diſcipulos ſuos teſtimoniū ꝑhibet dicens. Ecce vere iſrahelita in quo dolus nō eſt. ſicut petr⁹ et andreas q̄ vtiq̄z hoīes erāt ſine lr̄is ꝛ idiote apoſtolat⁹ nō accepit dignitatem. Hic aug⁹. inuē videt̄ ꝙ nathanael ſi idiota fuiſſet apoſtolus extitiſſet. Quid ergo predicator. q̄d doctor ꝑp̄ſi de mſ̄tis lr̄is gloriaris. Memor ſū loci tp̄is et pſōe ꝙ beatiſſime memorie frat̄ iordan⁹ mgr̄ ordinis p̄dicatoꝝ p̄dicator ſtrennu⁹ iuuenes vno tp̄e tā parue lr̄atuē ad ordinē recepit ꝑſuus. lx. vt plures eorū vix poſſēt vt audiui cū multa repetitōe ad matutinale officiū vnā legē lectionē. Sup quo vt d̄r a frib⁹ grauit̄ ad generale capitulū accuſat⁹ ſpū ſancto repletus dixit. Sinite iſtos ne ↄtēnatis vnū ex his puſillis dico vobis ꝙ multos ꝛ fere oēs predicatores videbitis glorioſos ꝛ ꝑ quos dn̄s ſup multo lucidiores et litteratiores in ſalutem operabitur Quod nos veridico ore dictū vſq̄z in hodiernū diem vidimus et videmus. Diſcant ergo melliflui fruct⁹ apes cū gaudio et ammiratione fidelem ſobolem comunem habere et non in fructu ſingulariter gloriari

De mutua et vera amicicia Ca.xix.

MIra amicicia apes fouētur ad inuicem. Et hoc iure cū chriſtus totius virtutis exemplūz nequaq̄z diſcipulos ſeruos ſed amicos vocare dignatus eſt. Eccleſiaſticus quoq̄z de amicicia eleganter inſinuans dicit. Ne obliuiſcaris amici tui in animo tuo et

nō immemor ſis illius in operibus
tuis. Fidelitatē amicicie omnes di
uine ſcripture commendant. ſed et phi
locūda nimis et pulcra de illa teſtā
tur Ait eni philoſophus Nulliꝰ bo
ni ſine amico vel ſocio iocunda eſt
poſſeſſio. Cum his conuerſare qui te
meliorem facturi ſunt. illos admitte
quos tu potes facere meliores. Ta
les igiẗ cōparabis amicos quibus
poſſis. et in aduerſis confidere et in
proſperis nō timere vt et hinc te in
aduerſis ſubleuent et inde te in pro
ſperis non ſupplantent Qualez ami
cum habere volueris talem te exhi
beas erga ipm Ita ſemper amicuz
habeas vt poſſe fieri inimicum pu
tes Ita credas amico ne ſit inimico
locus. Turpius nihil eſt ꝙ cum eo
bellum gerere cum quo familiariter
vixeris. Ego monſtrabo tibi ama/
torium ſine medicamēto ſine herba
ſine vllius veneficij carmine. Si vis
amari ama. Negociatio eſt nō ami
cicia que ad cōmodum accedit. nō
quicquid cōſecutura ſit ſpectat. de/
trahit amicicie maieſtatem ſuā qui
illam parat ad bonos caſus Si ali
quem amicum exiſtimas cui nō tan
tundem credis ꝙ tibi. vehementer
erras et non ſatis noſti vim vere a/
micicie. Omnia cum amico tuo deli
bera ſed de ipo prius. poſt amiciciā
credendū eſt. ante amiciciaz iudicā
dum eſt. Tu ita viue vt nihil illi cō,
mittas niſi quod committere etiaz ini
mico poſſis Diu cogita anteꝙ tibi
in amiciciam aliquis copulandꝰ ſit
Cum placuerit toto illū pectore ad
mitte taz audacter cum eo loquere
ꝙ tecum Utrunqꝫ viciū eſt ⁊ omni
bus credere et nulli Semper in ami
cicia fixus eſto Contra amicū nulli
credas niſi ꝙ ipe probaueris Ve/
ra amicicia nunꝙ fefellit ſed ſemꝑ
ſtabilis perſeuerat Si vero in ↄtra
rium actum eſt nunqꝫ vera fuit. De
duobus amicis vir philoſophie de
ditus iſta narrauit. Erat vt memi
ni parum ante noſtra tempora iuue
nis quidā ſagax ingenio diues val
de qui nuncios ſuos per diuerſas
mundi ꝑtes cauſa mercationis mit
tebat. qui vt venerūt quidā ex ipis
in partibus orientis reppererūt gē
tilem quendam in omnibus copijs
et rebus mūdi ſuper omnem modū
ditiſſimū liberalem in omnibus ⁊ fi
delem Quid plura? Nunciant illi ſe
habere talem dominū vadunt ⁊ re
deunt. munera ex parte domini ſui
gentili deferunt. referuntqꝫ maiora
iuueni xpiano Et vide tantuz amo
re ammirationeqꝫ ſuccendiẗ ꝙ pro
perat cum multo comitatu et mune
ribus in oriente videre gentilē quē
ille cum magna gloria et exultatiōe
ſuſceptum expertus eſt. honeſtū ho
minem. moribus ſagacem ingenio.
et pre omnibꝰ liberalem. ſecumqꝫ te
net illū non paruo tempoē nec par
uis expenſis Qui cū redire delibēa
ret ad patriam eum ad theſauros
incōparabiles introducit. ſed cū ali
quid ille accipere recuſaret oſtantiſ
ſime tandē oſtendit illi ſeptem puel
las virgines in cōclaui nobiliſſimas
genere et pulcherrimas in decore.

quas ſm ritū ſuū ducere ꝓponebat
tēpore oportuno. et dixit ei. Ex his
tibi vnā eligas in vxorem. Nec mo
ra. Juuenis ſuper modum animo
captus et oculis vnam elegit pre/
ſtantiorem moribus et decore. Cui
gentilis. Optionem inquit dedi tibi
et tu quidem mihi pre omnibus di/
lectiſſimaʒ elegiſti. et tu quidem ſa/
piens experieris quid dederim tibi
⁊ ego vt minus ſapiens propter te
quod dimiſeriʒ non cauſabor. Hec
dicens ſponſe tradidit ꝯdigna mu
nuſcula et eam tradidit xpiano. At
ille ad propria veniens ſponſaʒ ſuā
in magna gloria baptiſatam acce/
pit vxorem et mulierem mire virtu/
tis inuenit. Jpſe autem auctus glo/
ria et diuicijs in virum profecit ma/
ximū ciuitatis. Gentilis autem fre/
quēter recolens quid in dicta iuuē/
cula ꝑdidiſſet grauari cepit animo
vltra q̄ꝫ credi poteſt. et paulatim p̄
triſticia cōtabuit in eo ſpecies atqꝫ
ſenſus. De die autez in diem. de an
no in annū. de tempore in tempus
decreſcens rebus. cum nihil curaēt
de omnibus que haberet. tandē ad
extremaʒ miſeriam deueniens exul
de patria quaſi infatuatus pulſus
eſt ab amicis. Qui cum quid ageret
ignoraret incidit cordi eius amicū
viſitare debere pro quo iſta contu/
lerat nec poſſe credere euʒ futurum
immemorem et nunc tanti piaculi
ꝯtemptorem. Aggreſſus ergo iter
venit ad locū vbi illa manebat. pul
ſauit ad portam quendaʒ amici ſui
dixit quis eſſet. neglexit nūcius ver
bum non intromiſſus eſt. Quo in fa
cto gentilis ꝯtriſtatus eſt ad mor/
tem. Veſpere veniente ſuper vaſtū
eccleſie atrium ſe proiecit Jntempe
ſte ergo noctis ſilentio quidam inſi
diatus latrunculus tranſeunti. occi
dit eū. clamqꝫ diſceſſit. Mane autez
inuent⁹ eſt homo occiſus ⁊ iuxta gē
tilē ignot⁹ capit̄ et gurgatis nobili
bus et ꝑlo ciuitatis offert̄ capt⁹ ⁊
ſibi factū imponit̄. qui cū deſperati
one fact⁹. homicidiū nō negaret. il/
le quondaʒ amic⁹ eius ſtans diuti⁹
ſtupefact⁹. ꝯtemplat⁹ eſt hominē et
ꝯgnouit. ſtatiqꝫ ꝓſiliēs cū ille duce
retur ad mortē clamauit. Innocēs
iſte ē. ego ſū q̄ factū feci. Nec mora
dū cū maximo clamoē et meroē po
puli. ꝓcūberet decollād⁹ ille q̄ factū
fecerat. ꝓuidētia diuina verit⁹ tam
nobilē et innocentē hominē depire.
Jn mediū ꝓſiliēs exclamauit Inno
cētes ābo et ſm⁹ ⁊ſecūd⁹. Ego ſuʒ
ille neq̄ſſim⁹ qui homicidiū ꝑpetra
ui. Mox iudex et ꝓcēs ciuitatis mi/
rabilit̄ ſtupefacti ſiml' capiūt dictos
tres viros et factū diligēti⁹ ꝑſcrutā
tes cū veritatē ꝑ oia ꝯgnouiſſent.
innocētes abſoluūt et ipm reū pre
āmiratiōe piaculi dimittūt. xpian⁹
aūt ille obuijs manib⁹ ⁊ oculis ami
cū ſuſcepit. et vt breuit̄ dicā inuitat
ad fidē. ānuit ille. baptiſat⁹ eſt. acce
pit vxorē nobilē ꝯſobrinā amici. et
eo cogēte. dimidia cū illo bona par
tit⁹ eſt q̄ habebat. Opes ergo fideli
um xpiana et debita amicicia ad in
uicē foueāt̄. ſtudeātqꝫ dn̄e gr̄e de/
diti ex^m ſaltē gētilis homis imitari

De bono hoſpitalitatis. Ca.xx.

SUnt apes hoſpitalitatis
virtuti dedite Apes eni ex/
traneas dūmodo bone et
mitis nature ſint ſecū rcipiūt Quid
miri Per hanc eni et Loth euaſit in
cendiū Et abraham receptis et re/
fectis angelis meruit benedici Et a
poſtolus. Hoſpitales inquit inuicē
ſine ſimulatione Et bene addidit. ſi
ne ſimulatione q2 maxime iſto tpe
in pluribꝰ videmꝰ hoſpicia ſimulata
vt hoc faciant hoies aut ꝓpter ve/
recūdiā honeſtatis aut ꝓpter fauo
rē ꝛ gloꝛiā ſecularē. pauci vero ſim
pliciter ꝓpter deū. Et vere credo q̄
modo indigentibꝰ hoſpiciū exhibe
ret ei etiā dn̄s refunderet in p̄nti. et
de hoc digna fratris predicatoꝛis
relatione manifeſtū miraculū enar/
rabo Fuit in roma vir pius et bo
nus qui indifferenter homines reli/
gioſos et pauperes ad hoſpiciū ſui
tabat. ꝯtigit aūt eū ꝯfectū ſenio at/
tenuari vel apoꝛiari rebꝰ tpalibus
et anguſtiabat̄ plus ꝙ ſolitā hoſpi
talitatē exercē nō poſſet q̄3 ad vſus
ſuos. ſufficientiā nō habere Cumq3
vna noctiū anxius ꝓ talibꝰ iaceret
in lecto ſemiuigilās audiuit vocē di
centē ſibi. Vidi caritatē tuā quā in
exhibenda hoſpitalitate multo tpe
infatigabilit̄ habuiſti. et ꝑ hanc ad
vitā deueniſti pauperē Volo ergo
nō ſolū in futuro remunerare te. ve
rū etiā in p̄nti Loquere illi diuiti. et
de vinea tua que melioꝛ ē cū vinea
illius cambiū facies Ipſe aūt liben
ter annuet verbis tuis. Habita er/
go illius vinea in medio illius acer/
bum fodiens in ꝓfundu3 et ſub eo
reperies quod rationis copijs ē in
viſum. Ad hanc igitur vocem cum
nō homo ꝓtinus obediret. ſecūdo
quoq3 et tertio idem quod vox di
uina pꝛimo pꝛecepit Tūc homo ad
diuite3 veniens obtulit concambiū
vinearu3 Cui diues. Libenter inq̄t
ꝛ quo melioꝛ tua vinea mea tibi ſol
ua3. Cui pauper nolo ait. ſed equo
valoꝛe ꝯcambium fiat. et factum eſt
ſic. Mox pauper ꝯmunicato ſecrete
ꝯſilio filio quem habebat et duabꝰ
pariter filiabus ad aceruū cum eis
ſupꝛadictū accedit in vinea3 et inci
piunt fodere cum ſpe magna Cūq3
diu fodiſſet nec adhuc effectus ſui ſi
gnum aliquod inueniſſent. ceperūt
patri ſuo filius cum ſoroꝛibus inſul
tare. Quibus pater. Nullo ait mo
do poſſum credē ꝙ fruſtraboꝛ acer
uo Pater igit̄ cu3 filijs viriliter inſi
ſtentes tandē in ꝓfundū inter ingē
tes lapides vas marmoꝛeu3 plenū
aqua. et in oꝛe ipſius vaſis ollam vi
tream plenā balſamo. et in oꝛeficio
olle vas partiu3 fictile. et in eo tres
lapides pꝛecioſos. ſmaragdum. ſa
phirum et carbunculum quātitatis
non modice reꝑperērūt Nihil ergo
aquam in vaſe marmoꝛeo reputan
tes eā effuderūt. que vt mox ē effu
ſa inſtrumēta erea in quibꝰ labora
uerant ꝓfuſione ꝯtingens caloꝛem
eris in pulcerrimi auri ſpeciē cōmu
tauit. Erat enim aqua ex ſanguine
et carnibus baſiliſci in modū aque

rosacce ꝑ eleuationē facta que ſolet
ab alchamiſtis aurum fieri ſophiſti
catum.ſed hac aqua deus noluit di
cti viri innocentiā maculari et ideo
effuſa diſparuit. Balſamo vero cuꝫ
dictus homo debilitatus viſu vſus
fuiſſꝫ neſcius quaſi omuni oleo per
dies aliquot.recuperauit integerri/
me viſum et poſt cognito per preſ/
biterum ſuū ꝙ eſſet balſamum ven/
didit illud ineſtimabili precio ⁊ pro
lapidibus quos inuenerat precioſiſ
pecunias copioſiſſimas et multas
accepit. Factuſqꝫ diues et inclitus
glorificauit deum et poſt ſe filios ⁊
nepotes ſuos in multis copijs dere
liquit. Studeant ergo apes fideliū
hoſpitalitatis gratia pauperes et
peregrinos ⁊ maxime probatos vi
ta ſecum recipere et neceſſaria mini
ſtrare

¶De auaricia cauenda Ca.xxi.

Cum plura animaliuꝫ gene
ra cupida ſint ⁊ auara.apū
genus nullis auaricie ſpur/
cicijs ſcatet.ſed ſuper beneficiū gra
tulatᷣ. Et digne quidē qꝛ auaro ſm
verbū ſapientis nihil eſt ſceleſtius.
et hic ſuppleas xp̄iano. Eſt enim ſm
apoſtolū auaritia idoloꝝ ſeruitus
quod ē peccatū maximū et xp̄ianis
finib' ꝯpulſandū. Hāc auaritiam ⁊
ph̄i deteſtanᷣ.dicit eni ſeneca in ꝓ/
uerbijs. In nullo auar' bon' eſt. in
ſe peſſim'. Cupiditatē effugere.reg/
nū eſt vincere. Negādi cauſa auaro
nunqꝫ deeſt. Pecunia ſi vti ſcias eſt
ancilla.ſi neſcis dn̄a. Pecunia nō ſa
ciat auarū ſed irritat. Quid hac re



ſtulti' reputam'? Nihil ſatis eſt mo
rituris.qꝫdiu ſatis nihil tibi fuerit.
ipſe alijs ſatis nō eris. Reſiſtendū ē
occupationib' cupiditatū nec expli
cande ſed ſubmouēde ſūt.ſi ſemel in
trauerit locū ſuū alias inſtituet ꝑn/
cipijs illoꝝ obſtem'.melius nō inci/
pientqꝫ deſinēt.nos ceca cupiditas
in nocitura nō ſaciatura precipitat
quib' ſi inq̇t ſatis eſſe fuiſſet qui nō
cogitam' qꝫ iocundū ſit nihil habē
qꝫ magnificū plenuꝫ nec ex fortuna
pendere. Diſcedāt aliqn̄ iſta inſidio
ſa bona et ſperātib' meliora ſiquid
in illis eſſꝫ ſolidi aliqn̄ impleret nūc
haurientiū ſitim.ꝯcitāt nō extinguūt
¶Cū dyogeni a capite de nocte fur
ſacculū cū numis trahere conaretᷣ.
et ille ſentiret. Trahe inq̇t infelix vt
facias vtrūqꝫ dormire.doceris er
go mobilia eſſe que dedit caſus. et
maiore curſu fugē qꝫ venire nec his
portionib' quib' ad ſūmaꝫ ꝑuentū
eſt retroire. ſed ſepe inter fortunam
maximā et vltimā nihil penit' inter/
eſſe. ¶Unde ꝯtigit vt didici fratre
minore referente in porta frōtis ec/
cleſie cathedralis in gallia ymago
vſurarij ſculpta deſuꝑ de lapide q̄ſi
cū ſacculo pecunie euidētius ꝑmine
ret.vt aūt quidā maxim' ⁊ ditiſſim'
vſurarius ciuitatis eccleſiaꝫ debuit
intrare ꝑ portā. imago vſurarij de/
ſuꝑ cadens.caput intrare conantis
illiſit et repente contritus turpiter
expirauit. ¶Uidi et ego ipſe in bra
bancie partibus vſurarium nequā
valde qui multos nobiles et poten
tes exheredauerat et ipoſ pauꝑes

ſpoliauerat ſupra modū. Hic freq̄n
ter occurrēs religioſis. rogabat q̄ſi
cū lachrimis pro ſe orari. ſed in nul
lo ſe penitus correxit. Cūq̄z ſuper h
eū frequētius arguiſſez. nec tñ in ali
quo ꝑfeciſſez. accidit vt repentina
infirmitate correptus ad exitū pro
pinquaret. Et ecce ſubito duo ingē
tes tenebraꝝ canes lectuz iacentis
circuitibꝰ ambiebant. Ipſe vero pro
tracta lingua ꝓpe ad longitudinem
pedis dehiſcens horribiliter expira
uit. Uos igit̃ apes fideliū exhorreſ
cite que audiſtis. nolite auaricie ſor
dibus inquinari. ſed ſicut a deo bñ
ficiū hilariter accepiſtis. ita hilarit̃
nō habētibꝰ ꝯcedatis

¶ De laude et ꝯmendatione virtu
tis. Ca. xxij.

[I]N apibus quaſi habitualit̃
totius virtutis inſigne repe
ries. que in aliꞇs animalibꝰ
ſingillatim ſparſa vident̃ in iſtis na
tura mater ꝓpenſiori beneficio con
gregauit. Ex his illa quidem ſi fas
eſt dicere felix xp̄i mat̃ maria ſignifi
cat̃. cui veraciter et elegāter ſapiēs
dicit. Multe filie ꝯgregauerunt diui
tias tu ſupergreſſa es vniuerſas.
Hāc et tu fidelis anima pro captu
tuo ſtudeas imitari. Si vere cona
ris nō fruſtraberis in longinquum.
Quante aūt quales ꝛ que virtutes
ſint. omnis ſacra ſcriptura teſtatur
Sed et has ꝑ diuerſa capitula ſup̄
dicta ſcripſimꝰ. Dit eni pħoꝝ maxiꝰ
Augꝰ. Iniciū virtutis eſt imo maxi
ma virtus amar̃ virtutē. Et ſeneca
in ꝓuerbiꞇs. Scias cū multis virtu
tibus abundare qui alienas amat.
Uirtutem verā intelligo animoſā
excelſaz quā incitat quicq̄d infeſtat
Nō dat natura virtutē. ars eſt bo
nū fieri. Si pōt virtus efficere ne ali
quis miſer ſit facilius efficiet vt bo
nus ſit. Minus eni interuallū a bo
no ad beatiſſimū reſtat. q̄z a miſero
ad beatum. Omniū honeſtarū rerū
ſemina animi gerunt que ammoni
tione excitant̃. nō aliter q̄z ſcintilla
flatu leui adiuta ignez ſuū explicat
Erigit̃ eni virtus cū tacta eſt et im
pulſa virtus et aliorum ſcientia eſt
et ſui. diſcenduz eſt de ip̄a vt ip̄a di
ſcat̃. Non ꝯtingit tranquillitas. niſi
immutabile quid cuiuſcunq̄z adipiſ
caris et hoc eſt deus. ex animo illuz
nō quia neceſſe eſt ſequor. vnde ho
minis bonū ip̄a virtus eſt que inter
hanc fortunā ꝛ illam id eſt inter ad
uerſa et ꝓſpera ſuperba incedit cuz
magno vtriuſq̄z ꝯtemptu. Neminē
eſtimamꝰ eo ꝙ eſt. ſed adiꞇcimus illi
et a quibus ornatus eſt. Atq̄z cum
voles veram hominis eſtimationē
inire ꝛ ſcire qualis quantuſq̄z ſit nu
dum inſpice. Ponat patrimonium.
ponat honores et alia fortune men
dacia corpus ip̄m exuat. Animū in
tuere qualis quantus ſit. alieno an
ſuo magnus. Corpus multis eget
vt valeat. animus ex ſe creſcit ſeip̄z
alit. ſe exēcet. Quid tibi opus eſt vt
ſis bonus? Uelle. Tunc te ſcito in
omni virtute perfectum cum eo per
ueneris vt nihil deum roges niſi qđ
rogare palam poſſis. Sic ergo cuz
hominibus viue tanq̄z deꝰ videat.

Sic loquere cū deo tanq̄ȝ homies
audiant Nullo honeſtamento eget
virtus. Ip̄a ſui magnum decus eſt
virtuti retroire nō licet. quicq̄d inti
git in ſui ſimilitudinē adducit. quic/
quid tractat id amabile ꝯſpicuū mi
rabile facit Omnis virtus in modo
eſt. Modus certa menſura. virtuteȝ
materia nō intrat nec peioreȝ facit.
dura nec facilis nec melior eſt hila/
ris aut leta. Queādmodū minora
lumia claritas ſolis obſcurat ſic do
lores moleſtias iniurias virtus ma
gnitudine ſua elidit et opꝑimit. nec
magis vllaȝ portionē habent incō
moda cū in virtutē inciderunt q̄ȝ in
mari nimbus. Virtus non pōt ma
ior fieri. vnius ſtature eſt. Catho. q̄
die repulſus eſt luſit. qua nocte occi
dēdus legit. eodē loco habuit gra/
tulari et vita excedere. Magnus et
virtuoſus animꝰ deo pareat ⁊ quo
cūq̄ȝ fortuna impulerit ſine cuncta/
tione patiať. Nō mirū eſt in trāquil
litate nō ꝯcuti. Illud mirare ibi ex/
tolli aliquē vbi omnes deꝑmerenť.
ibi ſtare vbi omnes iacerent. Sapi
enti nichil hoꝝ diſplicet que ferēda
ſunt. nā quicq̄d in hominē cadē po/
teſt in ſe cecidiſſe nō queriť Sapiēs
nihil ſe minoris vite cōqueriť q̄ȝ ꝓ
virtutes, eius ſpacio breuiore clau/
dūť. Perfecta virtus eſt equalitas
et tenor vite ꝑ omnia ꝯſonans ſibi
Vbiq̄ȝ idem eris ⁊ prout reꝝ vari
etas exigit. ita te acōmodes tēpori
nec te in aliquibꝰ mutes ſed potius
aptes. ſicut manus que eadē eſt et
cū in palmā extendiť et cū in pugil/
lū ꝯſtringiť. De dubijs nō diffinc/
as ſed ſuſpenſā tene ſententiā Que
poſſunt cōtingere animo tuo cūcta
ꝑpone. nihil tibi ſubitū ſed totū an̄
ꝯſpicies. Cogitatiōes vagas et in/
utiles et quaſi ſomno ſimiles nō re/
cipies Cogitatio tua ſtabilis ⁊ cer
ta ſit. ſiue deliberet. ſiue querat. ſiue
ꝯtempleť. nō recedat a vero. Non
extollas quēq̄ȝ nec deijcias. Mobi/
lis eſto nō leuis. Conſtans nō perti
nax. paucis familiaris. omnibꝰ equꝰ
Omnes tibi pares facies ſi inferio/
res ſupbiendo nō ꝯtemnas. ſuperi/
ores recte viuendo nō metuas. cun
ctis eſto benignus. nemini blandus
ſeuerior eſto iudicio q̄ȝ ſermone. vi/
ta q̄ȝ vultu. rari ſermones q̄ȝ ip̄e. ſȝ
et loquentē patieris ſeuerꝰ ac ſerenꝰ
hilaris nō aſpnans. Que noſti ſine
arrogātia imperticſ. que neſcis ſine
occultatiōe ignorātie tibi poſtules
impertiri Velis omnibꝰ ꝓdeſſe nul
li nocere. Mēſura magnanimitatis
eſt nec timidū eſſe hominē nec auda
cem. Nulli precluſi virtꝰ eſt. omnibꝰ
patet. omēs admittit. om̄es inuitat
ingenuos libertinos ſeruos reges
et exules. nō eligit dominiū nec ſen/
ſū ſȝ nudo hoie ꝯtēta eſt. Corpora
obnoxia ſūt et aſcꝑta dn̄is. Mēs q̄/
deȝ ſui iuris q̄ adeo eſt vagavt nec
ab hoc quidē carcē cui incluſa ē te/
neri queat quo minꝰ ip̄etu ſuo vta
tur et ingētia agat et in infinitū co/
mes exeat. Tutū iter eſt. iocundum
iter eſt ad qđ natura te inſtituit. de
dit tibi illa que ſi nō deſerueris par
deo ꝯſurges. Subſilire eni in celum

ex angelis.liꝫ nec ad hec efficacius vehiculū q̄ꝫ virt⁹ eſt.Poſtremo qui dem exempluꝫ virtutis omnimode poſuiſſem ſi nō defectum v̄tutis in omni homie repperiſſem.Nemo eni bon⁹ niſi ſolus de⁹. ¶ Scio tñ pſo naꝫ in brabancie partiu⁹ adhuc in carne viuentē.quā et ꝯuerſatione ⁊ vita ānis triginta familiariſſime no ui. de qua qui cū illa annis ſexagin ta fuerunt fideliſſime teſtati ſunt ꝙ nūq̄ꝫ in factis eius aut dictis aliq̄d aduerterūt quod ſaltē veniale pec catū iudicari ab vllo poſſet homie Mores inceſſus et verba tam com poſita tam ſincera tam angelica ſūt vt modus eius vite ſuper homines credi poſſet.vultus eius tante maie ſtatis et glorie vel gracie apparuit. vt omniū in ſe ꝯtuentiū vultus pre nimio ſtupore et ammiratione con uertat.Satagant ergo apes fideli um ſm datam ſibi gratiā habitua liter inſigniti.Quod eni ſine habitu multimodi exꝛ̄cicij ingenijs noſtris adheſerit ſicut artes diuerſe ſūt. vel cordis intimis et virtutes.facilima diſſimulatōne abolebit obliuio.qđ vero habitudialiter eſt infixū ꝑma net inconcuſſum.

¶ De ratione reddenda in omiſſis officijs. Ca.xxiij

Sunt et inter apes diuerſa quidem officia. alie ſtruunt alie poliūt. alie ſuggerunt. alie diſtribuūt ex eo qđ alatum eſt. Hic nōre potes diuerſa officia clau ſtralium.Ad litteraꝫ ſtruere dicunt̄ qui monaſticis inſtitutis ꝓuident ī ſtructuris vt prepoſiti.Polire vero dicunt̄ qui eccleſiaſticis operib⁹ pre ſunt vt ſacriſte.Suggerere vero di cim⁹ illoꝝ quoꝝ ꝯſilio regit̄ mona ſteriū vt ſūt maiores ſeniores atq̄ꝫ prudētes.Diſtribuūt aūt cellerario rū eſt q̄ cibū alijs tribuūt in tempe oportuno. Hoꝝ officia in regl̄a be ati Aug⁹ et in regula beati bñdicti ſingulariter diſtinguūtur et ex eoꝝ traditionib⁹ etiā inter canonicos ſe culares eorūdeꝫ officioꝝ noīa ſor tiunt̄. His ꝯpetit q̄ſi ſummo iudici deo ratioē de ſuis officijs redditu ris ita dño deſeruiē vt inter bonos et fideles ſeruos euge mereant̄ au dire ⁊ intrātes dñi gaudiū ſup om nia bona illius ꝯſtitui mereant̄.

¶ De diuerſitate et certamine vir tutum. Ca.xxiiij.

Videres omnes certare de munere.luciđiſſime veꝝ eſt Munus apud fideles opus eſſe virtutis . Sicut aūt nō oīm eſt virtus ita nō omnis virtus eſt om niuꝫ.Nemo eſt bonus niſi ſolus de us.et dicit̄ bonitas eſſentialis que ſoli ꝯpetit deo.nō accidentalis. Si cut eni om̄is creatura ex nihilo fc̄a eſt.ita teſte beato Aug⁹.ad nihiluꝫ tendit ſi ſibimet relinquat̄.et nō ꝓ uidentia diuina in ſuo mobili tene atur.nō ergo omnis virtus eſt om nium quia ſolius dei eſt. Certes er go fidelis anima de munere virtu tis alicuius et ſi non de virtute om nimoda.Certes deo tuo offerre ali quid quod in conſpectu eius grati ficet̄ oblatū.alij auꝫ in ꝑſo dei.alij

argentū.alij gemmas.alij purpurā
alij coccū bis tinctum. atqꝫ alij alia
offerebant. Mecū bene agit̄ ſi pilos
capraꝝ aut minutū cū vidua in ga
ſophilaciū dn̄i poſuero. Primo cor
neliū.poſtea romā obtulit petrus
Maria magdalena precioſū vnguē
tum.paulus fere totū mundū.apo/
ſtoli ceteri ſingulas regiones.vtpo
te Andreas achadiā. Jacobus ma
ior hiſpaniā. Johānes aſyaz. Tho
mas indiam. Jacobus minor iude
am. Philippus perſidez Bartholo
meus indiā minorē. Matheus ethy
opiam. Simon ⁊ thadeus meſopo
tamiā. Mathias paleſtinam. Marti
res generaliter ſanguinē. Confeſſo
res linguā. Virgines ſanctimoniā.
Nec defuit ſanctoꝝ aliquis qui nō
de ꝓprio certaret munere.ne in con
ſpectu ſūmi vacuus appareret. Sed
et noſtrū quilibet certare de mune/
re geſtiat ne lampade vacua cū fa/
tuis virginib⁹ excludat̄. Palmes q̄
dem cuꝫ lignis et folijs grauid⁹ cul
tui q̄ſi filo tenuiſſimo in ſtipite pen/
det vt vix poſſet auelli. Quantula/
cunqꝫ virtus ſit compage caritatis
te tenebit in xp̄o dūmodo omnino
non cadas. virtute eni nemo male
vtitur. Nullum diez penitus preter
mittas. nulla te ſolicitudo. nul⁹ la/
bor excuſet q̄n boni aliquid operis
facias. Et vide cauſam. In libro de
natura rerū Plinius autor eſt q̄ di
cit.ꝙ gallina a ſerpente nō pōt infi
ci ea die qua ouū ediderit. Quid in
ouo in quo ſpes eſt pulli niſi fruct⁹
boni operis ꝑ quē ſpes vite perpe/



tue deſignat̄? Quale aūt debeat eſ/
ſe opus.illud ꝓpheta Iſaias oſten/
dit dicens. Frange eſurienti panez
tuū.egenos vagoſqꝫ induc in do/
mū tuā. Cū videris nudū operi eū
et carnē tuā ne deſpexeris. Quattu
or ponit hic.dare panē eſurienti.ho
ſpitē ſuſcipe. nudū veſtire. nō deſpi
cere ꝓximū ſ; fouere. de his quatu
or exempla ponemus. De p̄mo ꝙ
ſubueniendū eſt pauperi. Noſtro tē
pore anno ab incarnatiōe dn̄i. Mcc
xxij. Quidā abbas wilhelm⁹ noie
monaſterio vilarienſi in brabancie
ꝑtib⁹ fuit q̄ in paupes larg⁹ valde
et pius tali occaſione miraculi exſti
tit ſicut fr̄i waltero quondā priori
fratꝝ p̄dicatoꝝ in treueri a quo et
ip̄e accepi idē abbas ſecretius enar
rauit. Curia erat cenobio vilarienſi
in locenſi vel laucēſi comitatu ſalba
die q̄ heyr dicit̄ attinet in qua bos
ꝯuerſis frib⁹ fuit elegās forma pin
guedine et virtute de cui⁹ carnibus
paupcula pregnans ꝯmedē irreme
diabili deſiderio cōcupiuit. Flebat
aūt quotidie ⁊ q̄ſi cū vite ꝑiculo tor
quebat̄. dabant̄ illi bouine carnes
pulcerrime. ſ; ad reſtringendū eius
ꝯcupiſcentiā nō valebāt. Veniente
ergo abbate wilhelmo ad curiam
et narrante ꝯuerſo.fratre ꝑiculum
mulieris.reſpōdit abbas. Melius ē
occidi bouez q̄ꝫ hominē.ſ; ſecrete h
facias et cōple deſideriū mulieris.
induxit ergo frater ꝯuerſus bouez
veſpere ſecretius in conclaui et occi
ſum excoriatumqꝫ membratim diui
ſit et repoſuit. Particulā vero quā

mulier ɔcupierat in boue mox trã/
miſit. qua ɔmeſta mulier ex toto cõ
ualuit. Mira res horrendum ſpecta
culum. Mane facto cũ frater cõuer/
ſus famulos ſuos ad aratrũ ſeque
retur vidit bouem occiſum arantez
in aratro ⁊ extra q̃z credi poteſt ter
ribiliter ſtupefactus recurrit ad do
mũ intrat thalamũ requirit carnes
repoſitas nihil de boue prorſus in/
uenit nec carnes nec pellem nec ſal/
tem ſanguinẽ quem effudit. Huius
rei tres fratres cõuerſi in domo te
ſtes ydonei pro veritate fuerunt. Sz
ipſe carnifex vir fidelis et bonꝰ nec/
non ſuper omẽs ipſa mulier que in
ſola bouis occiſi carne cõualuit co
meſta et non in alijs potuit quia in
eis quodã occulto ſed tamen natu
rali inſtinctu cum violenta deſiderij
virtute decreuit. Familiam autem
curie res penitus latuit. quia eaz di
uulgari abbas ſtricte prohibuit.
Apud ipſum abbatem res adeo va
luit vt ſicut ipẽ dicebat qui ante na
turaliter parcus fuit largus ſuper
omnes abbates ordinis et pius in
pauperes extitit. Hic poſtmodũ in
clareuallenſi monaſterio abbas ele
ctus et tranſlatus cum multis val/
de archiepiſcopis epiſcopis abba/
tibus et prelatis ad generale conſi
lium rome a domino papa grego/
rio nono vocatus. a frederico impe
ratore in lumbardie partibus cap/
tus eſt. Et poſt trienniũ ab ipſo im
peratore ꝓ vite meritis ſpecialiter
eſt dimiſſus et poſt pauca rebꝰ hu/
manis eſt exemptꝰ. Hũc ſpecialiſſi/



me deditũ lacrimis vidimꝰ vt illi di
xerunt qui hoiez ſecretius ɔgnoue/
rũt in tantũ diuine ɔtemplationis
aſſiduitate vacabat vt ei dñs m̃lta
in viſione mõſtraret de quibꝰ non/
nulla ſcripta vidimꝰ et ꝓbata. Sz
hinc potius ſpecialiter videamꝰ de
eo ꝙ panis eſt dandus pauperi. et
ꝙ in exempluz huiꝰ rei anno ab in/
carnatione dñi Milleſimocenteſimo
nonageſimoq̃nto multa ꝑ gallias
et theutonie partes miracula ɔtige
rũt. Ex quibꝰ vnũ referã qd̃ cuidã
matrone in brabancie partibꝰ cõti/
git quã optime noui. Erat in illo
t̃pe cirra montes alpiũ et anglicuz
maẽ fames ꝑualida ita ꝙ ɔmunis
multitudo populi ꝑmaxima more/
ret̃. tunc illa quaz diximꝰ matrona
genere clara et opibꝰ. egenis cepit
ſine pondere menſura et numero li
beraliter erogare. qd̃ cernẽs vir eiꝰ
miles artauit eã et ei farine menſu/
rã certã per ſingulas ebdomadas
dari fecit. Quã vbi die quadã totã
expẽderat. inſtãte paupe ⁊ petente
pre cepit ancille dña vt diligenẽ ſco
pata ciſta in qua farina fuerat r̃po
ſita paupi ſiq̃d inueniret afferret. et
fecit ancilla vt iuſſit dña. poſt hunc
venit et alter q̃ ſe nihil ɔmediſſe in/
fra biduum deplorabat. quod vbi
audiuit dña fleuit et iterato iubet
ancille ſcopare ciſtaz et pauperi al/
quid impartiri. iurat ancilla nichil
penitus in ciſta remanſiſſe. Sed in/
ſtante domina cum lachrimis vt at
temptaret. currẽs impaciẽtius et ci
ſtaz aperiens plenam florentiſſima

ſimila mox inuenit. Ad cui⁹ intuitū ancilla clamans horrifice cecidit in extaſi reſupina Clamore audito occurrit dña occurrit dñs occurrūt famuli. et viſo miraculo in cōmune dñm benedicūt Mox vir ipſe orreū letus aperiens omnib⁹ ex illa die cō uenietib⁹ dedit Nec defuit annona ciſtarcijs donec ſupueniente augu ſto ꝓpiciaret dñs populo quem af flixit Dixit aūt mihi dict⁹ miles ma rit⁹ dñe ꝙ niſi fuiſſet miraculum ne quaq̄ꝫ ſibi tria vel q̄nq̄ꝫ orrea ſuffe ciſſent. ſed et ipſa venerabilis et no bilis femina ſicut ꝯfeſſori ſuo michi ſincero amico et cū gaudio mentis dixit ꝙ et nocte et die ſeptē horis q̄ canonice nuncupant̄ auis mire pul critudinis et decoris eā dulciſſimis et ineffabilibus vocib⁹ annis ante mortē plurimis ꝯſolaret̄. elanguit eni multo tp̄e lecto iacens Cūq̄ꝫ q̄ſi uiſſem ab ea cui⁹ auis vocē imitari illa volucris videret̄ Nihil ait i ter renis eſt quod illi⁹ poſſet vocib⁹ cō parari Nec ſolis aurib⁹ delector in illis. verūetiā ad cor interius tranſ fuudit̄ modulamē et ex eo ſpiritus meus ad delicias eternales deſide rantius excitat̄ Hinc eidē beatiſſi me mulie̅ri vt mihi ipſa cū lachrimis reuelauit. temptatiōe quadam. xvi. annis quaſi quotidie laborāti. in vi gilia ſolennitatis ſue beat⁹ martin⁹ in eccleſia orāti apparuit. qui quaſi viueret pontificaliter infulat⁹ alta ria ſingula cū thuribulo circūiuit. indeq̄ꝫ ad eam veniens ab illa tem ptatōne diutina liberauit Quid mi ri. Omne aial diligit ſibi ſimile Mar tin⁹ adhuc cathecumi⁹ xp̄m in pau pere veſte ꝯtexit. Iſtā aūt nunq̄ꝫ le tā vidim⁹ nunq̄ꝫ ridentē niſi cū ma nus liberas ad egenos extendere potuiſſet Et vere bñ et digne. quia hominē cui deus cor bñficū tribuit et elemoſinis dādis hilarit̄ delecta ri. nihil in terrenis credo dulci⁹ expe riri Si vero taliū q̄s non ſufficeret dare quod voluit. vt frequēter ⁊ ſe pe viſum eſt. eidem benignitas dñi quod nō habuit miniſtrabat. vnde mihi ipſi res mira ſatis ꝯtigit quā ⁊ ſi factā regere voluiſſem non potui eo ꝙ multis innotuit. Menſe augu ſto familia circa menſem inſtantius occupata. facto mane prādio inter me et dyaconū qui mecū religioſe degebat. rete ſumpſimus et vt tem pus deducerem⁹ ad piſcinā late dif fuſam acceſſim⁹ ad piſcandum. Re miſſo ergo dyacono in cuſtodiam dom⁹. intraui ſolus nauiculā piſca turus Multo ergo merſu capere ali quid longa die fruſtra ſum conat⁹. Et circa occaſū ſolis cū exire tem/ ptarē. ecce predict⁹ dyacon⁹ cū tri b⁹ frīb⁹ minorib⁹ hoſpicio receptis veniebat. Quos vt vidi gauiſus ſū et omiſſa ſalutatiōe p̄ gaudio dixi. Per totū diē laborās nihil prēdidi in verbo aūt veſtro laxabo rete. Et accepta corda qua vn⁹ cinct⁹ erat. retis funiculo alligaui. prima ergo vice iactato reti in terrā. traxi octo ginta piſces talis q̄litatis ſaporis et eſus. qualis nunq̄ꝫ an̄ vel poſt in eadē piſcina vel alia eiuſdem ſpecici

viderim vel guſtaui. Leti ergo in fa
cto mirabili domum perreximus. ce
nauimus. reuẽſa familia quotquot
erant in domo ſaciati ſunt. miſſiſq3
partibus his qui non ſibi prepara/
uerant. gratias domino retulimus
largitori ¶ Narrauerunt mihi fra/
tres ordinis predicatorum in traie
cto ꝙ prior eorum frater guiardus
vel guinardus quem ipſe cognoui
domũ hoſpicium poſt prandiuz in/
troiuit dicens. Uade inquit cellera
rie et affer fratribus et mihi cyphũ
vini ſi potes. Et ille vere inqͭt tres
dies ſunt ꝙ eleuato dolio vinuz to
taliter eſt extractũ. Quid plura; Ju
bẽte priore redit ad dolium cellera
rius repletum inuenit. et vltra ſpem
fratribus diu poſtea ad augmentũ
miraculi miniſtrauit. ¶ Nec ab re vi
di quendã iordanuz virum in reb᷒
tenuem ſed elemoſinis dedituz ſup
vires. Anno autẽ ab incarnatione
dñi. Mccxxxi. ſup renum et moſellaz
in theutonia vinoruz cariſtia habe
bat. et accidit ꝙ duo fratres ordis
predicatoꝝ ad dicti viri hoſpicium
declinarent. quib᷒ hilariter introdu
ctis filium cũ lagũcula pro vino mi
ſit. quo reuerſo dixit filio mater. de
fectuz cordis frequẽter in mane pa
tior. tu aũt mihi nocte hac hauſtuz
vini reſerues de laguncula. quia ni/
mis tarde ſolet pater tuus añ pran
dium vinũ demandare. His dictis
omnes conſederũt ad menſam qui
erant in domo. Ebibito autem fere
de lagũcula vino. filius in aure pa
tris matris verba ſuſurrat. Que ille
quaſi cũ indignatione diſſimulans
lagunculã in magna quantitate cũ
hoſpitibus exhauſit. Mane ergo il/
lis recedentib᷒ et eos hoſpite dedu
cente. cepit mulier ſm ꝯſuetum mo/
dum cordis defectũ pati. et vocato
filio queſiuit ſi aliquid eſſz in va cu
lo. et ille inquit nihil. Cui anxia ma/
ter. verſa inquit vt intincta bucella
panis. cordis mei debilitas releuet.
Acceſſit puer leuauit vaſculum inue
nit plenũ. Quod vt vidit mulier ex
clamãs cecidit et fere pre amore de
fecit. Currens autem filius poſt pa
trem et fratres quid factum ſit reci
tat. quibus in laudem chriſti cuz la
chrimis reſolutis. orat hoſpes redi
re fratres benedictionẽ recipe quã
dedit omnipotens. negãt illi. ꝯmen
dant illũ deo ⁊ cũ bñdictione remit
tunt ad ꝓpria gratulantẽ. Poſt mł/
tos vero annos cũ hoc a fratrib᷒
treuerenſib᷒ audiuiſſem et ꝑ deſcen
ſũ moſelle fluminis domui dicti viri
in nauigio ꝓximaſſem. exiui nauez
et iui pedes ibi vidẽ virũ vxorẽ illi᷒
et filiũ. et redĳ edificat᷒ nõ modicũ
in modo et verbis ei᷒. Erat ei tot᷒ ex
tra modũ vite verboꝝ ⁊ geſtuũ habi
tatoꝝ illi᷒ terre. q̃ in vinetis mõtiuz
⁊ deſertis. agreſtes morib᷒ ꝯuerſãt.
Ad ſcõm q̃z articulũ ꝙ egeni ſũt ho
ſpicĳs inducẽdi. venẽabili Ade de
belomẽ tale miracłm ꝯtigit. Recedẽ
te viro ſuo nobiliſſimo milite et nõ
q̃i dieb᷒ plurib᷒ redituro perẽte le ꝓ
ſo hoſpiciũ r̃cept᷒ ẽ. ille g° gemẽte ⁊
cauſãte debilitatẽ corpis fatigari.
petit in lectuz ſuauiſſimũ ſe deponi.
¶. Dña aũt credẽs

nullū lectum dñi ſui meliorem. in eo
leproſuz hominē mox deponit Nec
mora. ex inſpirato dñs rediens pe-
tit in thalamū intromitti. Diſſimu-
lante ergo dña cōiecit ille aliquem
eſſe in thalamo et irruptione facta
hiemali tpe lectū ſuū roſis fragran
tiſſimis coopertū inuenit Ammira
tus igitur querit quid factum ſit
indicat vxor. nec mora in laudē xpi
ambo cū lachrimis reſoluunt. Ad
tertium articulū ꝙ veſtiēdus eſt nu
dus. Illuſtris dña Aleydis carno-
tenſiū ac bleſenſiū comitiſſa mihi de
auo ſuo retulit dicens Nobiliſſim⁹
ac potentiſſimus in baronibus gal
lie comes carnotenſiū ac bleſenſiuz
pariter Theobaldus liberaliſſim⁹
omni ſuo tempore extitit in donan-
do Iſte hieme media que tunc ſoli-
to magis inhorruit ꝑ viaz cū multi
tudine tranſeunte. obuiam habuit
pauperem nudum. Quo clamante
reſpondit comes Quid petis? Cui
pauper Da inquit cappaz quaz ha
bes indutam. Nec mora comes ex-
tractaz cappā pauperi dedit dicēs
Si quid vis amplius pete Et pau-
per Da ⁊ ſuptunicale quod habes
quo habito ſtatim tunicam petiuit
quaz vt comes dedit remanſit in li
neis. Cui pauper. vides inquit co-
mes ꝙ caput habeaz raſū et nudū
da et pilleū Tunc comes paululum
erubeſcens. calu⁹ eni erat. Nūc inqͣt
cariſſime nimis inſiſtis qꝛ ħ ipē care
re nō poſſū Hoc dicto relictis veſti
bus paup euanuit Comes vero de
equo cadens fecit lamentabilē plā-



ctū. ⁊ omi tpe poſtea tale qͦd cauēs
omni ſe petenti tribuit. In quarto
aūt articulo ꝙ ꝓximū non oportet
deſpicere ſed fouere. Chriſt⁹ eundē
de quo dixim⁹ comitē ꝯſolatus eſt
tali modo Leproſus quidā quaſi in
meditullio vie inter carnotuz et ble
ſum mēbris deformat⁹ et fed⁹ valde
manebat quē comes Theobaldus
pro ſanctitate vite plurimuz dilige
bat. et ſemp per eandē viā tranſiēs
viſitauit Contigit aūt comitē alias
moras facere fere ꝑ annū et medio
tempore leproſū mori Reuerſus au
tē comes ꝑ locū tranſijt. relictis qꝫ
omibus ſolus caſam intrauit et ho
minē quē tabefactū lepra reliquērat
cute intentē et integerrimū mēbris
inuenit Stupefactus comes et diu
ſecū heſitans qͣſnaz eſſet. Ego ſum
inqͣt leproſus ille amic⁹ tuus ⁊ nūc
ꝑ manū dei ſanus effect⁹ ſuz. ſupeſt
qꝫ mihi corona iuſticie. tibi vero vi
cē repēdet dilectiōis in illū diē iuſt⁹
iudex quaz mihi ⁊ alijs paupib⁹ ex
hibere dignantiſſime voluiſti Hoc
dicto comes cuz magno gaudio ⁊
lacrimis ſicut añ ſp in ipo et in alijs
leproſis ꝯſueuerat oſculabaẗ man⁹
eius. ⁊ valedicēs ei ſuos ꝓſeqͣbaẗ.
Venienti autē comiti qͣdaz ex militi
b⁹ arridēdo dixit. credebatis more
ſolito leꝓſū amicuz vr̄m qͥ adhuc
viueret viſitare. ſꝫ fruſtra qꝛ iaz diu
carnis viam ingreſſus eſt vniuerſe.
Tūc comes ꝑmo ſciēs leproſū eſſe
defunctū caute diſſimulauit. ⁊ vere
recolēs qͦd vidiſſꝫ reſpōdit. anime
eius miſereaẗ omipotēs ⁊ clemens

deus. Quid aũt philoſophi de mi/
ſericordia in pauperes ſentiãt vide
amus. Homo qui in hominē miſeri
cors eſt meminit ſui. Et quidē aua/
rus ſibi peſſimus eſt et in nullo bo/
nus. Jnopi qui beneficium dat. bis
dat ſi celeriter dat. Qui ſuccurrē po
teſt morituro et non ſuccurrit. occi/
dit. Quid eſt dare beneficiũ? Jmita
ri dñm. Succurre paupi immo po/
cius occurre. Eo animo quo accepe
ris debes dare. ſi vero non eguiſti
accipere. eo letius dare debes quo
minus eges. Errat ergo ſi quis be/
neficium libentius accipit qȝ reddit
Sepe quod daẽ exiguũ eſt qđ aũt
ſequiẽ magnũ eſt. Nihil carius eſti/
mam⁹ qȝ beneficium. qȝ diu petim⁹.
nihil vtilius qȝ cũ accipim⁹. Queris
quid ſit quod obliuionē nobis faci
at acceptoꝝ? Cupiditas accipiēdo
rũ. Sic debem⁹ erogare quõ velle/
mus accipe aũ omnia libenẽ cito ſi/
ne vlla dilatiõe. Jngratũ eſt quod
diu inter man⁹ datis heſit. Gratiſſi
ma ſũt bñficia ꝑata facilia occurrē/
tia vbi nulla mora fuerit in accipiē
tis verecundia. Qui h tormentũ re
mittit multiplicat mun⁹ ſuũ. Nõ tu/
lit gratis qui cum rogaſſet accepit.
Nulla res carius ↄſtat qȝ que preci
bus empta eſt. Optima res addicē
ṽba bona reb⁹ bonis et p̃dicatiõe
hũana ↄmēdare q̃ preſtas. nõnũqȝ
magis obligat q̃ dedit parua qȝ q̃
magnifica. Opes equit aĩmo q̃ exi/
guũ tribuit vł ſi libenẽ q̃ pauꝑtatis
ſue oblit⁹ eſt dũ meã reſpicit. Nihil
eque vitandũ in bñficio qȝ iactãtia
res loquũtur nobis tacentib⁹. Non
eſt bñficiũ niſi quod a bona volun/
tate ꝓcedit. Nõ eſt bñficiũ niſi qđ
ratõne daẽ. qꝛ ratio omnis honeſti
comes eſt. Videbo ergo qñ dem.
cui dem. quēadmodũ. quare. Des
igiẽ tꝑe neceſſitatis pauperi large
ꝓpter deũ. Primo dem⁹ neceſſaria.
deinde vtilia. poſtmodũ iocũda. Et
in his q̄ ſũt neceſſaria q̄daȝ p̃mum
obtinēt locũ ſine q̄bus nõ poſſum⁹
viuere. quedã ſecundũ obtinēt locũ
ſine quib⁹ nõ debem⁹ viuere. quedã
tertiũ ſine quib⁹ volum⁹ viuere. Sũt
quedã nocitura impetrãtib⁹ q̄ non
dare ſed negare bñficiũ eſt. Eſtima
bim⁹ ergo vtilitatē potius qȝ volũ
tatē poſcentiũ. Sepe eni noxia ↄcu
piſcim⁹ nec reſpicere qȝ ꝑnicioſe ſũt
licet. qꝛ iudiciũ interpellat affectus
Vnde ea demus que nõ tm̃ accipe
re ſed etiã accepiſſe delectet. Exora
ri in ꝑniciē rogantiũ ſeua bonitas ē
Turpiſſimũ dandi gen⁹ eſt incõſul/
ta donatio. viro bono dabo. erit ei
in ſũma inopia grat⁹ et cũ oĩa illi
nõ deerũt. nõ deerit anim⁹ bonus.
Eligã virũ integrũ ſimplicē memo/
rē gratuȝ alieni. abſtinentē ſui nõ a/
marũ nõ tenacē beniuolũ. anim⁹ to
tus quicq̃d ↄmiſeris illi ad onus ſu
um et ꝑniciem et occaſioneȝ miſerie
facit. Nihil eni poteſt ad malos ꝑ/
uenire quod ꝓſit immo nihil quod
non noceat. Tu ergo lector ſm iſta
que legis exerce virtutem et omni
tempore certare de munere videa/
ris. quo deum places et ꝓximuȝ. et
copioſius meritis augearis

De vigili cura officiatoꝝ. Ca. xxv

Videres alias inuigilare q̄
rendo victualia. alias de cu
ſtodia eſſe ſollicitas et dili
gentem cuſtodiā adhibere Certa/
re de munere dici poſſūt qui ſm̄ lit
teralem ſenſum in aliquo ꝯmune ne
gocium ſtuduerūt quotidie promo
uere Inuigilare aūt querendis vic
tualibus rerum venalium mercatio
nes exercere et ꝯmutatione non ne
ceſſariaruꝫ reꝝ quotidiana ſollicitu
d.ne ꝓuidere. et hi mercatores in ci
ſtercienſi ordine nuncupant̄ His q̄
in egipto inter mundi tenebras ꝓfi
ciſcentib⁹ valde neceſſariū eſt. vt cū
Joſeph puerū iſm̄ ſecum tollant.
His vigilantiſſime cauendū eſt ne
aliqua per talem modū exerceāt ꝑ
que ſanctus ordo inter illos qui re
ligioſoꝝ actus fraudulenter obſer
uant ſcandalum infamie paciatur.
Ue eni illi per quem ſcandalum ve
nit Hinc accidit ꝙ in vacellenſi mo
naſterio quoddā noſtro tempe mo
lendinū factuꝫ eſt ꝙ ſtramina ⁊ pa
leas quaſi in farinā ꝯtritione ꝓuali
mōſtraē vt ſedulos dilectoēs ſuos iuuandos a ſe et honorādos alti⁹ cōprobaret. Scio tñ et certus ſum ꝙ in multis dictum ieiunium efficaciam habuerit ſalutarem vt in fine cōfeſſionem veram haberent et arcius peniterent. ¶ In germanie ꝑtibus circa annum ab incarnatione domini. M.cc.xxix. glorioſe virginis marie aſſumptio ſolennis inſtabat. Miſſus ergo frater ordinis ꝑdicatoꝝ religioſus et feruens valde ad ſtationem quādam indictam ſolenniter predicare. venit mane ad fluuiuȝ qui medius erat loco ſtationis et loco fratrum et nō inuenit aliquem qui eum in naui tranſponerȝ vt ſolebat. Anguſtiat⁹ ergo nō modice predicādi tempe iā inſtāte nec locus erat tranſire per pontē eo ꝙ ſinum amnis extenderat in chriſtuȝ et matreȝ eius fido corde confiſus cum prece ſupplici cappā ordinis ex poſitā ſup vndas liquidas explicauit ſigno crucis edito reſedit deſuper ꝛ ſiccis omnimode veſtib⁹ ptrāſiuit fr̄ vero ſociuseius tantū mira culum āmiratus nec ſequi auſ⁹ nauem. ad tranſeundū diu poſtmodū expectauit et trāſiuit. ¶ Simili mō frater eiuſdem ordinis predicatoꝝ vir deuotus et bonusin angliā trāſitur⁹ rogauit inportu dominū nauis vt ſe et ſecū in naui ſociū reciperet ꝓpter deum Ced ille nec deū timuit nec fratruȝreueritus ē ꝫ ſublato velo nauigauit a portu Tūc frater anguſtiat⁹ grauiter vrgēs eni erat negocie tranſeundi poſt oratōnes et lachrymas fiduciā mēte cōcepit et ad ſequendū fratrē ſocium exhortatus inter vndas ꝓfūdi maris tinctis tātum in ſūma extremitate veſtigijs ābulauit. Nec mora vbi nauta. retroſpexit exhorruit et ffes mox cū velocitate naui reflexa ſuſcepit. veniāqȝ petēs cum lachrymis īdulgētiā impetrauit Vidi hominez fide digniſſimū qui fratrē cūdem ambulanteȝ in fluctibus vidit et mihi in magna deuotione obortis lachrymis enarrauit ¶ In ordine ciſterſieñ ſpecialiter dedito virgini glorioſe multa valde facta mirabilia referunť q̄ nōnulli ex eis preſcripta digna memorie tradiderūt nos tñ vnū qd̄ noſtro cōtigit tpe licet forte conſcriptū ſit referam⁹.

¶ Fonij clauſtrū ipſius eſt nobiliſſimuȝ atqȝ ditiſſimū. Cōtigit aūt vt in obnubilatione celū tempeſtatem aeris grauiſſima minareť que et facta eſt Sparſis igitur coruſcacionibus vndequaqȝ per aera ſequunť et fulgura. que vt viderunt mōchi certatim ad eccleſiam fugerunt vbi conuentu totaliter in choro congregato videt patrie et ſpecialiť clauſtro periculuȝ imminere. inchoāt altiſſimis vocibus. Salue regina miſericordie ꝛc. Et cum veniſſent ad illū locum ātiphone Eya ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. ſubito vehemētiſſim⁹ vent⁹ ab occidēte veniens cū horribili fragore tonitrui feneſtras eccleſie vitreas cū tāto ipetu tōliť diſſipauit vt eccīa firmiſſie

ſolida corruere videretur · Nec mo
ra .vbi in tanto diſcrimine ſatis per
territus conuentus flexit genua et
illa verba antiphone cantauit . Et
ieſum benedictum fructum ventris
tui nobis poſt hoc exilium oſtende
Statiz ymago crucifixi que media
ſtabat īter chorꝝ monachorꝝ et con
uerſorum fratrū ꝯuerſa ad orientē
verſus monachorum reflexa eſt Et
vt mihi a monachis dc̄m eſt cōtra
naturam picture oculos aperuit et
mox omnis timor ſublata tēpeſtate
ceſſauit Quis ergo in tāto miracu/
lo non obſtupeſcat. Quis non vide
at et plene collaudet illaz miſericor
die patronam et matrem que ſpeci
ali priuilegio chriſto pōt imperare
et filio recōciliare miſeros quos no
xa proſcripſerat vt benedictum Je
ſum fructum ventris ſui illis in ſalu
tez qui venturus eſt reprobis in cō
demnationem. huius fructꝰ gracia
mirum accidit quod ſubiungo.
¶ Erat frater Wolterus nomine or
dinis predicatorū de meyſenborch
vir nobilis et religioſus valde qui
prebenda cathedralis eccleſie ī tre/
ueri derelicta necnon ⁊ alijs poſſeſ/
ſionibus magnis ſub annis etatis
ſue .xvi . predicatorum ordinem in/
trauit et intantum ſciencia et religi/
one profecit vt prior in multis doī/
bus et lector in ordine magnificus
haberetur . hic a quodam principe
imperij vocatus multa inſtantia ve
nit vt ei ad ſalutem ꝯſuleret et eius
cōfeſſionez audiret. Precedenti au
tem nocte quo principem de mane
auditurus erat mecum in thalamo/
vno in domo iacebat . Intempeſte
autem noctis ſilentio clamare vali/
de cepit quaſi in ſomnis. benedictꝰ
ieſus fructus ventris tui. quo mira
ti ſumus pariter ⁊ gauiſi Mane fa/
cto conueni ſecretius dictū fratrem
quid ſic clamans valide ſomniaſſet
Qui reſpondit. In conſuetudine in
quit duxi multis annis vt in ſaluta
tione angelica nomen ieſus addaz
dicens. Et benedictus fructus ven
tris tui . Hinc nocte iſta factū eſt vt
nequam ille humani generis inimi/
cus inuidēs ſaluti principis quē au
diturus ſum ſtrangulare me voluit
et ego in ſolitam ſalutationis vocē
pauidus exclamaui. ⁊ hec dicēs ab
ceſſit ¶ Simile q̄qꝫ accidit mihi cuz
illam nobilem iuuenculam relictam
friderici filij comitis de vienna a ſe/
culo reuocaſſez et ad ciſterciū. ordi
nem adduxiſſē illaqꝫ primo grauiſſi
mis. demonū inſultibus pulſaretur
vidi ꝙ dyabolꝰ a dextris eius ſta
bat et eam ad ſe fortiter trahere co
nabatur. Ego autē ex aduerſo ſtās
et eam a vomitu retrahere non va/
lens clamaui audientibus fratribꝰ
qui mecū erāt . bn̄dictus ihs fructꝰ
ventris tui · Nec. mora . iuuencu
la liberata eſt et in ordine perſtitit.
tātūqꝫ ꝓfecit ꝙ abbatiſſa effecta ē
et cuſtos collegij virginal' Hic idez
frater ē q̄ nobiliſſimā illā puellā co
mitis de viēna vt poſtea dicemus ⁊
ad ſtatum vite ꝑfectiſſimū adduxit
et in miris et ī auditis tribulatiōibꝰ
lachrymis et ꝑcibꝰ cōtinuis conſtā

tiſſimam conſeruauit. Retulit quoqꝫ
mihi frater ordinis predicatorum
de cuius veritate et ſinceritate non
dubito miraculū de glīoſa xp̄i ma/
tre maria plene p̄ijſſimum. Uir qui/
dam longo tempore deuotus deo
ordinem ciſtercieñ. intrauit. in quo
et ſi diu ſaucte vixit. tamen tandem
dyabolo temptante deuictus : in
peccatum cecidit ⁊ multis per hoc
occaſionem ſcandali dedit. Pro q̄
vt in illo ordine conſuetum eſt gra/
uiſſime tribulatus ad cor tamen cū
amariſſima penitētia redijt et ſe ad
glorioſam criſti matrem in p̄cibus
et lacrimis contulit. In magno igit̄
luctu per tempus non modico poſi/
tus tandem die quadam orauit et
raptus in exceſſum mentis glorio/
ſaꝫ v̄ginē vidit et in brachio ei⁹ q̄ſi
lactentē pueꝝ paruulū ſup omnem
pulchritudinē ſpecioſuꝫ. Cūqꝫ vidēt
ꝑ ſe matrē ſupplicā em inſtabat ille
ſe a pcc̄o et t̄bulaciōib⁹ liberari et
ad grāꝫ p̄oris vite r̄ſtitui. ꝫ cū puer
q̄ſi renitēs vultū auerterꝫ et mr̄ ecō
tra pueꝝ in altera brachij p̄te tranſ
ferrꝫ vt cōmodoſi⁹ vultui ei⁹ vultū
ſue benignitatis igereret illeqꝫ iteꝝ
vultum auerteret et auerſuꝫ mater
frequēci⁹ rogitaret. tādē poſt mirā
et piā ſupplicacōeꝫ euicit mater in fi
lio et vultū eius ad piaculū ſerena/
uit vt peccatū hōi ad idulgēciaꝫ et
ſtatū p̄oris vite ad grāꝫ cōdonarꝫ
Quid miri. Marie eni ſpeciali p̄uile/
gio oceſſuꝫ ē vt ſ̄m ꝓphetā vtrūqꝫ
arguere poſſet et manū ponē in am

bobꝫ. Nō in libro de natura reruꝫ
apte valde ſignatū eſt vbi dicit̄ ꝙ i
deſerto vbi vnicornus illud feroci
ſimū animal in mortē hoim graſſat̄
atqꝫ ferarum. puella v̄go relinqua/
tur. qui adueniens omni ferocitate
depoſita caſti corporis pudiciciam
in virgine veneratur. qd̄ reclinans
caput in ſinu virginis ſoporat̄. Cui⁹
cornu vt vidimus in brugenſi eccle
ſia flandrie. vij. pedum in longitudi
ne virgo manibus apprehenſo flexi/
bileꝫ reddit et animo moderatum.
ita ꝙ quandoque capitur et occi/
ditur vel ad ſpectaculum exhibe
tur. Quid in vnicornu ferociſſimo
animali niſi criſtū ſignatū accipim⁹.
q̄ vnice poteſtatis eſt q̄a non eſt po
teſtas que cōparetur ei et poteſtas
eterna que non auferetur. que ante
incarnationem puniēdi in celo in an
gelos ꝓpter ſuperbiā. in terra
in homines ꝓp̄t inobedientiaꝫ. in ſo
doitas ꝓpter luxuriā. in filios iſrael
ꝓp̄t murmur ſiue crapulā ſeuiebat.
Huic nullo audente cōtradicere ſe/
uienti clamās conqueritur yſayas.
Non eſt inquit qui cōſurgat et tene
at te. Et vide q̄ꝫ vere et q̄ꝫ recte cō
queritur. Neqꝫ enim hoc angelus in
celo nec ſanctus in terra preſumpſit
ꝫ illa pulcherrima mulierum maria
v̄go ſtirpis dauitice in deſerto mū
di a filio dei mediante angelo para
nimpho inuenta eſt cuius. pulchri/
tudinem virtutum et ſapientiam et
pudicitiam caſti corporis venerat⁹
delect⁹ et i ſinu virginalis vteri caput

altiſſime diuinitatis ſue humiliter
inclinauit. in quo nouem menſibus
ſoporatus in tantum a ſua ferocita
te deflexus ē et anim⁹ moderatus
vt ſe capi permitteret et occidi ma/
nibus iudeoꝝ indeqꝫ reſurgens et
aſcendens in celum ante ↄſpectum
paterni vultus et ciuiū ſupnoruꝫ in
gloriam ſolennis victorie qua con/
tra demones triumphauit ad am/
mirabile voluit ſpectaculum exhibe
ri Et inde eſt ꝙ nō modo ſeuit vni/
cornus noſter Jeſus. ſicut antiqui/
tus ſeuiebat. q̄ꝫq̄ꝫ ꝛ peccatores ma
iores nunc ſunt q̄ꝫ tunc fuiſſe ꝓban
tur. eo ꝙ ſalutis veritas magis ino
tuit et fomes peccati ꝑ mortem ei⁹
minoratus ſit ī peccāte. Sed virgo
materqꝫ ꝓpter nos materno iure ꝛ
fiducia patronali cornu illud vnite
poteſtatis obſuat vt ipſos quoſqꝫ
longanimitate ſua patienť expectet
et non vt olim mox in ſcelere feriat
delinquentes Sed q̄d canor florē/
tiſſima virgo pia mater et dn̄a q̄d
conor ꝓſequi ꝟtutes tuas. Si cun
cta mei corpis membra et oēs gut/
te vitalis ſanguinis mei verterētur
in linguas pocius tamen m̄ laudis
tue verba deficerent q̄ꝫ exēpla hic
de clariſſima in ꝑſonis virginitatis
dignitate ſm̄ textus conſequentiā
aliqua videamus.

Item in eodem capitulo

Integritas eſt cunctis apibus
corpis ꝟginalis. Dicā ergo il
lud q̄ſi a multis odioſi⁹ audiať Mł/
torum acten⁹ fuit opinio vt ſi in mu
lieribus pudoris ſigillum integruꝫ
ꝑſeueret. habita cōtritione et peni/
tentia iaꝫ pacta. dici tamē deberēt
et credi incorrupte etiā ſi alias cor
rupte ſint. et virginitatis aureolaꝫ
promereri. Quod ille incompabiľ
ſciētie magiſter Albertus frater or/
dinis predicatorum et dixit et ſcrip
ſit. nullo modo debere virginē repu
tari quā ſopita ſenſuū ratiōe in car
nali delectatione fluxus ↄcupiſcen/
tie polluiſſet etiaꝫ ſigillum pudoris
intactum incorruptū et integruꝫ cō
ſeruetur. Alioquin in ſexu virili qui
illo ſigillo caret nequaq̄ꝫ virginita/
tis dignitas haberet. q̄d vtiqꝫ dice
re impium et abſurdū. cū beatiſſim⁹
apoſtolus Johaunes euangeliſta
ꝟgo ſit electus a domino et pro eo
inter ceteros magis dilectus. Tene
amus ergo quia ꝛ in mulieribus ꝛ
in viris dignitas ꝟginalis eſt et in
vtroqꝫ ſexu ſācti aureolā merebūť
In mulierib⁹ ꝟo et ſi verecūdi⁹ per
fluxū ↄcupiſcētie carnaľ aliq̄ in mē/
te corrupte ſūt dū tn̄ ſigillum pudo
ris a coitu viri integrū ꝑſeuēt habi
ta ↄtritione et penitētia ď peccatis
ↄſecrari et velari ab ēp̄is quaſi ꝟgi
nes iure poſſūt. et hoc quidē fit ad
indulgētiā pie m̄ris eccl̄ie q̄ in caſu
ꝟecūdie hūane ↄſulit ꝛ pudori Hic
ꝑterea ꝟginitatis exēpla q̄ nr̄is tē
porib⁹ euenerūt ad exhortationem
ꝟginū diſſeram⁹. De ꝟginitate aūt
loq̄tur beat⁹ auguſtin⁹ dicēs. Mul/
ti q̄dē ↄtrarios conat⁹ ꝑntū ſuorū
ignite ardoē ſupni amoris ſupaue
rūt Irat⁹ ē pr̄ plorauit mr̄ nō cura
uit illa cui añ oculos ꝟſabať ſpeci/

oſus forma pre filijs hominum. Hu
ius rei exempla q̃z plurima quorum
vnum ſub noſtro tempore q̄d a no/
bili de gomelin ꝑpe cameracuz acce
pi vtpote qui ꝑſonam nouit ⁊ vidit
glorioſiſſimuz referamus. ¶ In ro/
ma q̄daz ſanctiſſima virgo fuit no/
mine iackelina. Hec ſoror nobiliſſimi
et ditiſſimi comitis apulie ſapientia
ac decore preſtantiſſima fuit. que cū
a fratre comite tradi nuptijs conarē
tur aſſūpto virili habitu clā aufugit
directis ergo nuncijs per omnes vi
as frater comes eaz inſequitur via
qua fugiebat. Nullum aūt effugiuz
ſoror videns ad obuiuz mare ſe cō
tulit ⁊ crucis ſigno ſe ſignās in ma/
ri ſe ex alta rupe ꝓiecit. Qd vbi fra
ter vidit eiulatu magno ſorori de
rupe clamauit Super omnia mihi
ſoror cariſſima reuertaris ad me cō
ſtruam tibi monaſteriuz ditatuz co
pijs in quo libere ſeruias ſoli deo.
Cuius clamores virgo ſancta quaſi
ſurda aure ptranſiens per āpla ma
ris ſpatia procedebat. Et vide quā
ta virtus diuini miraculi. Nimirꝝ na
tandi artis ignara. ocul' ac manib⁹
in celum extenſis quaſi per aridum
ambularet maris ꝓfunda trāſibat
Quo trāſito in deſertiſſimis grecie
ſiluis tribus annis ſub virili habitu
ſanctiſſimo cuidam ſeni eremite ſer/
uiuit vt ſibi ſpiritualem viuendi mo
dum plenius informaret. Inde ve/
rēs aſtutias inimici et nequitias ne
ſe proderet feminam quia eremitaz
erga ſe affici ſolito amplius aduer/
tebat. fugit citra mare in propinq̄s
ſicilie deſertis et ibi ſuper arborem
adiutorio cuiuſdaz fidelis viri arto
valde conſtructo tugurio per nouē
nium latitauit. eodem ſibi viro ita
elemoſinā miniſtrante vt nunq̃z ꝓpt
victuz deſcēdē cogeret. Hec poſtea
in romam ſpiritu cogente peruenit ⁊
innocentiuz papaz tercium cuz om
ni clero et populo ciuitatis ſeuera ⁊
audaci redargutione ꝑmouit. Hic
victus eius longiſſimo tempore fuit
ter in ebdomada nullo adiecto pa/
nem cum aqua comedit et ſuper nu
dam penitus terraz equata ceruice
pedibus requieuit. Talia et hijs ſi/
milia de virginibus facta et geſta
meo tempore ſi referrem pocius me
tempus deſererz q̃z exempla ¶ Vi
dimus et plures filias comitū et ba
ronum que ſpretis nupcijs in mona
ſterio vel congregationibus virgi/
num vitam celibē elegerunt. quaruz
inter ceteras vnam filiaz vienſis co
mitis vidi que ad predicationez cu
iuſdam fratris ordinis ꝑdicatorū
walteri nomine cuius ſupra fecim⁹
mencionem inaudita conſtancia pa
rentes euicit vt ſponſo ſuo criſto ihe
ſu cū ſororibus ordinis predicato/
rum in valle beate marie in dyoceſi
treuerenci libere deſeruiret. Hec eni
romanorum moderatoris neptis ⁊
īꝑatoris grecie cōſobrina et achaie
principis ſoror a parētib⁹ ⁊ amicis
ꝑparabāt nobiliſſimis nuptijs copula
ri ꝑ quaz poſſet eorꝝ poſteritas ſub
limari. Illa autem alias intendens
ſolicitauit animo matrem dicti loci

ſorores inuiſere. Quo vbi venit ali
as cū militibus ⁊ familia matre in
tenta. filia vt prius ordinauerat vo
catis i capitulū ſororib⁹ votū religi
onis fecit habitū induit ⁊ impoſitū
reſponſorium. regnum mundi ipſa
met inchoauit. qd conuentuꝫ letiſſi
mis vocibus ꝓſequētem audit ma
ter. miratur concentum repētine le
ticie. Mittit vnum ex ſuis videre qd
eſſet. renuntiat ille beatiſſimā yoley
dam habitu ſacri ordinis inſignitā
Quo audito mater attonita. accur
rit rapere filiaꝫ furibūda. Nec cun
cta emunitatem loci violenter in
fringere. raptam ſecuꝫ abduxit ⁊ in
palatio viennenſi artiſſime cuſtodie
mancipauit. Et vide quali conſtan
tia vicerit. Cibis tantū reglaribus
ſecunduꝫ ordinem ꝯtenta alios co
medere nulla cogi violētia poteāt
alia quoqꝫ ſtatuta ordinis a quib⁹
corpus vl' animus arceri non pote
rat vigilantius obſeruabat. Detra
cto tamen illi habitu ordinis violē
ter coloratis eam veſtibus indue
bant. Nuditatem eniꝫ pati virgina
lem pudicitiam non decebat Quid
moror verbis. Per epos abbates
et prelatos et ꝑ alterius profeſſio
nis moiales ⁊ religioſos diuerſi ge
neris temptabatur nec tamē infra
triennium vel ad redditum ſeculi vl'
ſaltem ad laxioris vite ordineꝫ. ani
mum eius. conuertere potuerūt Di
cebat enim verbis innitens apoſto
li In ea vocatione qua vocata ſum
immobilis permanebo. Parentes
igitur et amici a reuocatione illius
finaliter deſperati eam redire ad di
ctum locum et ordinem permiſerūt
Ubi tantis exemplis vite fulgꝫ vt
nulla in ea deeſſe ꝟtutis dignitas
videatur. ¶ Uidimus ⁊ illam quā
minus iuſte extremam ponimus fili
am ludouici regis francoꝝ ſororē
ſcilicet deuotiſſimi regis ludouici q
feliciſſime regnat ad preſēs. hec de
ſponſata filio frederici conrado. ro
manorum imperatoris in virginita
te ꝑmanere innuba preelegit q ſoli
deo vacans adeo contemplationi
data et virtuti vt nulla ei cura in vi
lis tranſitorijs videat. Sed et ipſi⁹
frater quem diximus rex deuotiſſi
mus ludouicus intantuꝫ amplecti
tur virgineē dignitatis pudicitiam
conſectantes vt pariſius collegerit
maximam multitudinem beginarū
vt ſe in humilitatis obſequijs exer
ceat et ſalute.

De fuga peccati contra naturam.
Capitulum .xxix.

Apes inter ſe nullo concubi
tu miſcent. nec in libidinem
reſoluuntur. Sapiēter et be
ne verba diſtinxit. Coit⁹ etſi eſt na
turał marł. ⁊ feie tn ad fornicatōis
vl' adulterij ꝑtinꝫ malū. Reſolutio
vo i libidinē inaturał vicij tāgit cri
men Et hoc fit dupliciter vel per ſe
vel per aliū quod ſcl dici poteſt om
nium peccatorum Et quideꝫ de de
monijs incubis indiuerſis libris ex
poſitoꝝ legi vt i libris auguſtini ſu
per geneſim ꝯtra manicheos ⁊ alij
is multis locis. De demonibus vo
ſuccubis me nunquā legiſſe reꝑperi.

Et in hoc notatur ꝙ viciū contra
naturam demonibus eſt etiaʒ vere
cundum. Qđ gloſa velle videt̄ ſupͬ
illum locuʒ ezechielis.xix.vbi dicit̄.
dabo te in manibꝰ paleſtinorum idē
demonum qui etiam erubeſcant de
via tua ſcelerata. vicium contra na
turam intelligēs ¶ Mihi per plures
annos in epiſcopatu cameraceñ. vi/
ces gerenti epiſcopi in ꝯfeſſionibus
audiendis. quedā mulier cuʒ maxi/
mo merore ⁊ pudore ē cōfeſſa ſe aſ
ſuefactā hoc ſcelere in lecto laſciuiſ/
ſe. demonemqʒ inter ſe ⁊ parietē cū
cachinno clamātem audiſſe phi phi
phi interiectionem ſignans indignā
tis. Qua voce confuſa mulier eadē
hora cucurrit ad me ⁊ benefitio ab
ſolutionis accepto. penitenciaʒ etiā
vltra q̄ʒ ſtatui amariſſimā egit ¶ Eʒ
et aliam per idem fere tempus audi
ui voceʒ que cum multis lachrimis
mihi confeſſa fere ſe in cōſimili vicio
polluentē audiſſe voceʒ demonis ⁊
dixiſſe. Age miſera age qđ agis bñ.
tibi ſoluetur in proximo quod nunc
facis. Nec multo poſt vbi mulier cō
feſſa ē ⁊ a peccato reſiliit ex timore
maximo morteʒ incurrit. et qđ hic pͬ
penitenciam non expleuit in purga/
torio diris penis exoluit. ¶ Richar/
da quedaʒ huius vicii nephandiſſi/
ma vetula fuit que multis annis in
monaſterio degens nihil tamen reli
gionis in eo conſecuta eſt aut virtu/
tis imo tanto erat deterior quanto
magis profeſſā fuerat ſanctitatem.
Mortua ergo in clauſtro ſepulta eſt
Nec mora. ſequēti nocte ſcropha ni-
gerria cū ꝑcellis. vii. coloris eiuſdē
viſa eſt manifeſte itrare clauſtꝝ ve/
tulamqʒ ſepultam effodere et mem/
bratim corpus miſerabile laniare et
viſcera eius lōgo tractu per clauſtri
ambitum diſſipare. Quo facto cuʒ
porcell' ſcropha diſparuit et poſt ſe
feda veſtigia dereliquit. Et notādū
valde ac mirandū eſt ꝙ nōnulle ex
monialibus clauſtri ſcropham cum
porcellis videre non poterāt. ſʒ grū
nitum coruʒ clarius audierunt Cer
tum quidem eſt quorūdam oculos
eſſe minus habiles demonuʒ fantaſ
mata cernere. aliquorum vero natu
ra perlucidos vt eos poſſint demo
nes aſſumptis corporibꝰ non latē.
¶ Venerabilis bonifatius quōdā
lauſaneñs epiſcopus nunc rector in
theologia pariſius mihi tunc ⁊ mul
tis aliis retulit quendaʒ clericū ſe in
confeſſiōe audiſſe q̄ malo aſſuefactꝰ
vſu ſe contrectationibus illicitis ad
libidineʒ prouocabat Pro nephas
auditu ⁊ vide quid ſequtur Ubi hoc
ſemel vt erat ſolitꝰ attēptarʒ manu
int̄ crura loco viril' mēbri colubrum
apphēdit. q̄ i tātō horroē pculſꝰ ad
ꝯfeſſiōeʒ mox puenit ⁊ i m'tis lachri
mis pniaʒ agit. ¶ Ariſtotiles i libro
de aialibꝰ auctor eſt q̄ dicit ꝙ nullum
aial eicit extra ſemē niſi hō ⁊ in hoc
ordiacōi natuē ꝯtrariꝰ plꝰ q̄ʒ pecus
Hoc tm̄ malū ihero. eē dixit vt ꝑ eo
filiꝰ dei multo tp̄e diſtulerit incarna
ri. Hoc etiaʒ eſt tantum vt auguſti/
nꝰ dicat. deo nature in carne veniēte
oēs hoſtes natuē ſodoitas itellige.
morte ꝛpꝛoba. ⁊ ſbita periiſſe ¶ Pro

leſcens adhuc ſodalez habebam in
ſcolis pariliū ſtudioꝝ carum valde
pudicum et bonuz ƺ heu poſtmodū
a magiſtro quodā ſuo per hui⁹ cri/
men vicij depꝛauatuz. Admonitus
aūt per me et alios amicos et fami
liares ſuos cur ipſe tāte nobilitatis
vir talis turpitudis infamiaz pate
retur Ceſſauit ille pluries ƺ ſemꝑ ite
rum in pꝛiſtina labebať Ad hūc euē
tum damnabilem res miranda per/
uenit. Venerunt ad eum in ciuitatē
in qua erat canonicus viri nobiles
conſanguinei eius et aput eū hoſpi/
tati ſunt cum multo ſernientiū comi
tatu. facta autē cena cum ſe locatis
hoſpitibus . iuuenis ſopoꝛi dediſſet
clamare cepit et auxilium fortiter in
uocare. Ad domini ergo ſui clamo/
rem clientes turbati ſurgunt et rati
onem nullaz in eius clamoꝛibus in/
ueniunt . Aduertentes tamen cano/
nici decanum accerſiunt Concit⁹ ille
venit. ad lcūlum reſidet clamitantis
couſiteri iuuenem peccata adhoꝛta/
tur et diuinum non humanum con/
ſilium inuocare. Hec cum decanus
ei magnis vocibus inclamaret. tan
dem poſt diutinaz decani claman
tis vocem eum terribilibus oculis i
ſpexit dicens. Ve illi qui ſeduxit me
Ad quid ſuper me diuinum auxiliū
inuocabo. Ecce iam video patuluz
infernum. pn̄tes demones et ad ra/
piendum me terribiliť inhiantes Cū
q̄ƺ omnes . ſe vt potius ſignaret cū
lachꝛimis inclamarēt ille quaſi nihil
aduertens clauſis oculis auertit fa/
ciem ⁊ cum diris clamoꝛib⁹ animaz
exhalauit ¶ Similis in vicio quidā
de epiſopatu camēacen̄· cū ſacerdo/
te ſuo accedens ad me rogabat vt
euz abſoluerē. quem recidiuantem
ꝑ ānos plurimos abſoluera3 ⁊ pe/
nitēciaz ei iniunxeraz ſalutarē. Quē
cum ad dyoceſanum epiſcpum mit
tere vellem quaſi grauius affligēdū
a ſacerdote rogatus ſum vt tali cō
dicione abſoluerem penitentem. vt
flexis genibus coꝛaz nobis rogarz
dominum vt ſi poſtmodum recidi/
uaret in ſcelere euu mox diuina vin/
dicta puniret. Conſenſi ergo condi/
cioni ⁊ heu mihi miſero ꝙ conſenſi.
mox ille flexit genua et vidicta in ſe
recidiuantem pꝛecatus eſt. Abſolui
euz. receſſit gaudens. Sed feria ter
cia aut quarta poſt paſcha inſtigan
te dyabolo paſſus eſt recidiuū mox
q̄ƺ hoꝛrifice clamans vindicta dei ſu
per me vt mihi poſtea ſacerdos re
tulit amariſſima moꝛte mulctatus
¶ Vidi et quendaz huius vicij ne
phanduz virum de quo mihi vir bo
ni teſtionij pꝛeſbiter ꝛferebat q̇a cū
ille ꝑ viride pꝛatū ante et pꝛeſbiter
ſeq̄retur inuenit veſtigia ꝑeuntis in
gramine quaſi igne cōtacta manife
ſtiſſime palluiſſe · quē et nos poſtea
percepimus pꝛo vita ſceleratiſſima
moꝛte turpiſſima perijſſe. Nullum ei
peccatuz tā ſepe dn̄s repꝛoba men
te condemnat . Dicunt nonnulli et
vere credo ꝙ null⁹ talis vicij poſt ꝗ
tꝑs vite moꝛtaľ xp̄i qđ ad ānos fe
re triginta tres extēdiť i ſcelere ꝑ
ueraus exceſſerit niſi ſpeciali mira
culo redēptoꝛis poterit liberari.

frequenter in eo probauimus ꝙ in
octogenarios et cẽtenarios iſto cri
mine per confeſſionem inuenimus
irretitos. Quid miri. Omne tẽpus
quod chriſtus vixit morum diſcipli
na fuit. Qui ergo ſpreto tẽpore qđ
ad penitentiam habiliſſimũ indicat
amicus nature qui chriſt' eſt ab ho
ſtilitate nature conuerti neglexerit
vix vnq̃ȝ poſtea ſine difficultate per
maxima ab hoc ſcelere continebit
Beate mẽorie magiſter petr' quõ/
dam cantor pariſieñ. cuidam m̃ no
to narrauit ſe vidiſſe locum in gra/
mine vbi de veſpe quidã clerici hoc
vitio infecti cõſederãt de mane om
nibus circa locis abundãtiſſime ro
re infuſis. ſine vllo rore quaſi ſcele/
ris conſciuȝ ſicciſſimũ inueniſſe. Un
de in libro ſapiẽcie aperte ſatis de
ſodoma dicitur. In teſtimoniũ inq̃t
nequicie fumigabunda conſtat de/
ſerta terra. et hoc iuſte ingente que
ita exarſit. In ſiccitate etiam illa lo
ci illius. qui expers mãſit a rore ſte
rilitas deſignatur que ſit i tali vitio
gentis impie. Unde. pſalmiſta Er/
rauerunt ab vtero locuti ſunt falſa
quia vix ꝑfecte et integre tales con
fitentur. Unde ille vir fortiſſim' iu/
das qui tot victorijs fuerat inſigni
tus deuictis ad dexteraȝ hoſtibus
ſiniſtro cornu cui bachides preerat
contritus eſt. et occiſus. Sic multi
confiteri volentes de peccatis ꝯmu
nibus ⁊ aſſuetis audacter ſe expedi
unt confitendo. Et cũ ad inuſitata
peccata ſicut ſunt in naturalia vene
rint pudore erubeſcentie preuio. ſe/
gniter obruũtur. Unde bene ſodo
ma interꝑtatur muta. q̃ȝdiu tales
ſunt muti ſpirituſſanctus ad. eos in
trare nõ poteſt. Quaꝓpter Job di
cit Non ꝑcã ore meo ȝ loquar in tri
bulatione ſpiritus mei ⁊ cõfabula/
bor i amaritudie anime mee. Quid
auteȝ et phs de confeſſione pccoꝝ
videatur dicere in mediũ ꝓferam'
Proximum ad innocẽtiam tenet lo
cum. verecũdia peccati cõfeſſio Bõ
nium narrare. vigilantis inditiũ eſt
et vicia ſua cõfiteri. ſanitatis indici/
um eſt. Non ꝓdeſt latere peccãtib'
qꝛ ſi latendi facultatẽ hñt frontiam
nõ habẽt tuta eſſe ſcelera nõ poſſũt
Maxima eni pena penitẽtiũ eſt pec/
caſſe. Nec vllũ ſcel' licet illud fortu/
na exornet. ſuis munerib' impunitũ
eſt qm̃ ſcelus in ſcelere. ſuppliciũ eſt.
Aliqueȝ ergo habeat ois homo ſe
cretuȝ quẽ vereatur qui cõſcius ſui
ſecreti ſit. cuius auctoritate ſecretũ
corrigat ſi errauit. Tales conſolat̃
et animat ad audaciam vir ille curi
aliſſim' et hũaniſſim' Aug'. Quid
inq̃t erubeſcis o hõ cõfiteri pecca/
tor ſic̃ ⁊ tu ego ſũ Cõfitere ergo hõ
hoi. pccor hõ hoi pccori. Quid ti/
mes ꝯfiteri homo ſũ. humanũ a me
nihil alienũ puto Quid times ꝯfite
ri. Id qđ ꝑ cõfeſſionẽ ſcio min' ſcio
q̃ȝ qđ neſcio Cõfiteri times q̃ nõ ꝯ/
fitẽdo potes ẽe occult' Elige quod
vis ſi nõ ꝯfeſſ' lates. icõfeſſ' dãna/
beris ad hoc eniȝ de' exigit ꝯfeſſio
nẽ vt liberet hũilẽ. ad hoc dãnat nõ
ꝯfitentẽ vt puniat ſupbũ. Ergo tri
ſtis eſto anteq̃ȝ ꝯfitearis. confeſſus

exulta quia iam ſanaris. Ipſe eſt iu
dex tuus protector tuus. Preuidet
enim et preuenit faciem eius in con/
feſſione propter quem et per quem
confeſſus eſt ag3 cauſam eius et de
fenſor eſt penitentis ⁊ ipetrator ve/
nie confitentis. confeſſus ambula ſe
curus et exulta iam in via. Noli tie/
re iudicem. adiutor tu⁹ iudex tuus.
Anteq̄3 eſſes confeſſus inueniſti ſal
uatorem. Impium te queſiuit vt re/
dimeret. redemptū deſeret vt pdat.
Aperias in cōfeſſione peccator os
tuu3 ne claudat ſuper te puteus os
ſuum. Et nota ꝙ puteum dicit in/
fernum hic. Quid hinc nr̄is tempo/
ribus acciderit audiamus· ¶ Erat
in villa bruccellenſi brabantie ſacer/
dos quidam vita et moribus pluri
mum ihoneſtus. Hic gule et luxurie
deditus nichil fere videbatur aliud
meditari. Poſt finem annorum pau
corum poſtq̄3 preſbiter fuerat ordi/
natus iuſto dei iuditio impm̄edita/
te defunct⁹ eſt. Nec multo poſt qui/
da3 preſbiter cōmenſalis eius et ſo
cius cum crepuſculo noctis viam a/
geret extra villam audiuit miſerabi
lem vocem quaſi de ſub terra clamā
tis et plangentis Conſternatus āt
preſbiter quiſnam eſſet cuius voce3
audiret cruce ſe ɔſignās iq̄rit Quis
es tu. Et vox ego inquit ſum infelix
ille ſocius tuus. Et ruſus preſbiter
Quomō inquit tibi eſt. quare de hu
mo eloquiu3 tuum. Cui ille dato ru
gitu magno imo maximo. Ve inq̄t
mihi ve ve quoniam clauſit ſup me
puteus os ſuum Et cum quaſi peni
gero volatu vox plāgentis deferre
tur in longum audita eſt. Mirabili⁹
tamen intelligas ipſum qui hoc au/
diuit preſbitero in nullo prorſus vi
tam miſera3 correxiſſe ʒ obijſſe mor
te turpiſſima. et feda nequiſſime con
uerſationis veſtigia poſteris r̄liq̄ſſe
¶ Vidimus quēda3 tn̄ mltap̄ deli
ciarum et poſſeſſionum preſbiterum
qui prioris audita damnacōe preſ/
biteri omnia penitus caduca dimi/
ſit ⁊ r̄ligione3 ciſtercie nſium intrās
bene vixit et obijt. Nota ergo q̄a
illi ad cumulum damnacionis. et iſti
ad vitam correctionis res iſta ceſſit
Videāt itaq3 fidelium et potiſſime
clauſtralium apes ne inter ſe coitu
miſceantur. Inductum enim gene
rale diluuium tempore noe legitur
ſup terrā eo ꝙ filij dei filiab⁹ hoim
miſcebāt̄. Et ecce pl⁹ mō fit vbi nō
ſolū filij dei filiab⁹ hoim ʒ etiā filia/
bus dei q̄d grauius eſt· ſic religioſi
feminis religioſis miſcēt̄. Heu vidi
mus et hoc frequenter ꝙ quidam
ſecundum verbum apoſtoli ceperūt
ſpiritu et carne conſūmati ſunt. Vo
luerunt quidem et vtina3 bono mo
do filias facē ſpūales et eas fecer̄t
poſtea cōcubinaſ Ecōuerſo nōnulle
femine ex viris ſpūales filios facē
voluer̄t. q̄ poſtea carnales mr̄es ef
fecte ex filijs ſpūalib⁹ carnales filios
peper̄t. ¶ De cōcubitu ēgo taliū m̄
narrāte ſāctiſſia abbatiſſa ordinis
ciſtercieñ. q̄d moderno tēpe in bur
gūdia accidit videam⁹ Preſbit̄ q̄d
noie tm̄ ſāct⁹ ⁊ caſt⁹ moialē quādā
altioris ordinis iuuēculā ſub r̄ligio

nis ſpecie procurabat. Nacta ergo
occaſione cū ſocia ſeniore iuuēcula
monialis preſbiterū viſitauit Poſt
lautos autē cibos et potum immo/
deratum moniales in loco vno ꝗ p̄
ſbiter in altero quieuerunt. Mane
facto vetula monialis ſociam iuuen
culā ad matutinoꝝ executionē offi/
cij niſa eſt excitare quam cum ſtrepi
tu primo quia ſilencium tenebat. de
inde pulſationibus vt attemptaſſꝫ
nec profeciſſet. ſurgens queſiuit ſo/
ciam nec inuenit. Turbata ergo cū
tota familia monialꝫ. cum factum p̄/
confuſione celare. vellent nec poſſēt
cum horrore et ſcandalo multoꝝ. ſi
cut inuenta fuerant amborūꝫ ſimul
cadauera ſunt ſepulta. Sed et hinc
poteſt queri ſi miraculoſe aut natu/
raliter factum ſit quod narrauit Et
reſpondeo. et miraculoſe et natura/
liter. Miraculoſe ad exēpla facti de
teſtabilis vt vitaretur. Naturaliter
quia p̄ nimio ardore libidinis i ip̄o
luxu ꝗ delectatione coitus. nimie ex
hauriūtur ſpiritus aīales. et cor ni
mie dilatatum. recluſionē non reci/
pit ſubitis morib᷒ interceptū Quid
aūt de luxuria et turpi amore ꝗ im
pudicitia phi ſentiāt audiam᷒. Luxu/
rie homines dediti voluptatib᷒ ſe i
mergunt. quibus in ꝯſuetudinē ad
ductis carere non poſſūt. et ob hoc
miſerrimi ſunt ꝙ eo ꝑuenerūt. vt illꝫ
que ſuꝑuacua fuerant facta ſūt ne/
ceſſaria. ſeruiūt. voluptatibus non
inuiti. et mala ſua qd̄ multoꝝ vlti/
mum eſt diligunt. Tunc autem ꝯſū
mata eſt infelicitas. vbi turpia nō

ſolum delectant ſꝫ etiam placent. et
deſinit eſſe remedio locus vbi q̄ fue
rant vicia mores ſeruntꝫ et non ſunt
Neceſſe ē eni vt in immenſuꝫ exeat
cupiditas. que naturalem modum
tranſilit. Illa enim habet finem ſuū
inania autem et ex libidine orta ſiñ
termino ſūt Conſiliari niſi turpi ra/
tione turpis amor non poteſt. Etſi
fedum. delectationis tamen cōmo/
dum luxuriantem ſeqtur. conſilian/
tem vero turpia nullum. et hoc tur
piſſimum iudico Quanto eui inho/
neſtior luxurie turpitudo p̄dicatꝫ. tā
to honorificētior pudicitie caſtimo
nia ꝯ ꝓbatur. Eſt aūt pudicitia vi/
roꝝ ac mulierū p̄cipuū firmamētū
cui᷒ nomis reſpect᷒ ſinceri᷒ iuuētu/
tis. flos ꝑmanens qua cuſtode ma
trimonialis ſcola cenſetur. Due vo
luptates ſunt guſt᷒ et tactus homi
nibus cōmunes et beſtijs. Et ideo
in pecudū numero hūōi ſūt qui his
feminis voluptatib᷒ defuiunt. Dū
quidā ſtolid᷒ audiēte pictagora di
cēt. malle ſe cū mulierib᷒ q̄ꝫ cū phis
ꝯuerſari Et ſues inquit in ceno q̄ꝫ i
florib᷒ volutari malunt. Et qm̄ ad
oēꝫ ēminū ſꝑ via dirigitꝫ. de vijs ꝑ
quas ad fornicatōis lapſū i ꝓbe ꝑ/
ueniꝫ lati᷒ diſſeram᷒. Et hec via ꝓ/
xima ad fornicatōnē. cogitationes
malas ꝗ turpes. ꝯſenſum aut malā
voluntatē p̄cedere. certū eſt. Has
maxime polluētes vel pollutiones.
oronis nr̄e ſacrificiuꝫ virga crucis
qua deus pater filium liberauit vel
ſeberauit cū abrahā abiga᷒. Unde
yſayas Auferte malū cogitationū

veſtraꝝ ab ocul' meis Peruerſe eni cogitationes ſepant nos a deo. Pbata aūt ꝟtus.ſubaudi crucis.corripit inſipiētes.demones vtiqꝫ.qui vexant nos in cogitaciōe maligna Quod in libro de natura reꝝ aptiſſime deſignaꝶ. Ait eni.perdixion arbor eſt in pſide ꝛ inꝶpretaꝶ ɔtra dexterā. In hac colūbe q̄ fugiūt ſerpētes volatiles.tum ꝑpter tutelā.tum ꝑpter fructū eius q̄ mirifice delectātur.libenci' reqͤſcunt. Nec mirū nō ſolū eni odor ei' ꝭ et vmbra ſpēcutes vexat ita vt eam vetent attingi Quid in iſta arbore niſi crux chriſti quid in dextera niſi mater eius que iuxta crucez ſtetit.et quid in ſerpentibus niſi demones qui colūbas id eſt ſanctas aīas valide pſequuntur Hui' nō ſolū odorē virtutis quā in fructu xp̄s cōtrahit verūetiā et vmbrā hoc ē crucis ſignū fugiūt ꝛ abhorrent.quia teſte auguſtino Vbicūqꝫ crucis xp̄i ſignū cū fide ꝑceſſerit.nihil ibi nocere poterit inimicus De hac arbore ſcā ecclia letabūda cātat in ymno. Crux fidelis inꝶ omnes.ꝛc̄. Hui' fructū in cāticis ſpōſa dicit dulcē gutturi ſuo De aūt arcēdus ē anim' a cogitacōne oſtendit pħs dicēs. Nō cito ruinā patiꝶ niſi qui ruinā timet Null' maior eſt conqueſtus q̄ꝫ ꝙ coerceas aīm anteq̄ꝫ capiaꝶ. Penes eni aīm effugere potes ſiue capi.et hoc plane ꝑbaꝶ ſic Omne pccm̄ actio.oīs aūt actio volūtatis.ergo oē peccatū volūtariū Omitte igiꝶ excuſacōez q̄a nēo peccat inuit'. Sūt quoqꝫ corp' innoxiū

eſt ꝛ in mille facinorū fines mēs viciosa diſcurrit. Nihil peccāt oculi ſi nō ocul' mens imperet. Quātū aūt malū ſit cogitatōnes pueſas fouē et per eas alliči ad ɔſenſū ſub exemplo ponim' euidēti Vidi viꝝ i brabācie ptib' decore ꝟtutis ꝛ forma ɔſpicuū ꝙ iuuenē puella laſciuiens impetebat. Nefas autē ducēs iuuenis ꝟginē defloꝛare ſtupruz renuit et aufugit ꝛ in cōſpectu familie dom' tut' a puella recedit. Quē illa inuerecūdi' iſecuta ſup eius genua ſe locauit.et dato graui ſuſpirio aiam miſerā euerꝭ lumib' exhalauit. Qui virum grauiter cōtriſtatū q̄ſi reum mortis ſubite in puella prout potui cōfortaui ꝛ ei' cōſtācia ac rectū dei iudicium in defuncta ſicut debui collaudaui ¶ Secnuda via ad fornicacionem eſt luxus oculorum in viſu. Quod iob euidenter conqueriꝶ dicens. Animam meam depredat' eſt oculus meus. Q ō vtiqꝫ patuit in dauid qui incante viſa berſabee captus eſt oculis et cum adulterio crimen proditionis et homicidiī ꝑpetrauit. Et propter hoc ſolicitus orauit iu pſalmo Auerte oculos meos ne videant vanitatē. ¶ In ptibus ſueuie q̄s alemania cōtingit ſicut a fratre walteꝛo quem ſupra poſui nuper audiui Mulier quedam deuotiſſima erat et nobilis .pulcherrima etiam ſecundum carnem inter omnes patrie feminas reputata. Ad hanc videndā cuz multi nobiles et potētes ſepi' ɔueniretꝛ illa ꝑ viſitacōe hm̄oi grauis ſepi' ꝶbareꝶ ne ſci

licet curioſa videntibus occaſio ſcā
dali prebētur. quia ſecundum phm
magno vel malo periculo cuſtodit
quod multis placet. Oratorium ſo
la ſuum ſemel intrans fuſis ad deū
lachrymis dixit. Video mihi criſte
Jeſu ex carne qua induiſti me peri/
culum iminere. licet enim animū me
um fortiter fixeris vt nulla prorſus
vanitate commouear. tñ non modi
cam ptimeſco dare me poſſe cauſaꝫ
debilibus vt temptationum cupidi
ne aliquatenꝰ agitent. Rogo ergo
te miſericordiſſime pater et domine
vt ſpeciem meam in tanta feditate
commutes vt carnis miſere turpitu
do i horroē potiꝰſit ꝙ pulchritudo
fuerit in honore. Hoc dicto ſtatim
fediſſima lepra cōtabuit vultus eiꝰ
eruperunt puſtule. oculi tumuerunt
os lacerꝫ inepte patuit naſuſqꝫ gib
boſa deformitate contortus alienā
penitus faciem demonſtrauit. Nec
mora Egrediente illa occurrit ma/
ritus. virqꝫ eam tm̄ p habitum cog
noſcens querit que ipſa ſit. et ea di/
cente ego ſum. Mox et ille totus in/
horruit et vt vidit familia omnes ſi
mul exclamant in planctū mirantes
pcipue ꝙ tā ſubito domine ſue oti
giſſet. Turbatis parentibꝰ illiꝰ no/
tiſqꝫ omnibꝰ et amicis conſulit phi
ſicus reſpondet incurabilem leprā
nihil aliud eſſe cōſilij niſi ꝙ extra ha
bitationē hominū collocet. Qđ vt
factum eſt et audiuit frater ordinis
predicatorum qui eius confeſſionē
audire ſolebat venit ad illam et mi
re gaudentem inueniens querit cau
ſam inopinati ⁊ ſubiti morbi. quaꝫ
vt illa per ordinem enarrauit. frat
ipſe turbatus ⁊ miratus non modi
ce icrepauit eā dicēs O miſērima ⁊
ſtultiſſima mulierum que in cōtume
liam et in periculum viri tui opꝰ dei
in te precum inſtantia deſtruxiſti. et
parentes et amicos tuos qui deuꝫ
laudauerunt ⁊ venerati ſūt in te ad
blaſphemandum nunc per tale īfor
tunium coegiſti. Age nūc cariſſima
inſiſte precibus et ad contrariū rei
geſte diuinam miſericordiam inter
pelles. Hoc dicto receſſit frater. Il/
la autem totaliter in lacrimis reſo/
luta orauit ad dominū dicēs. Do/
mine pater ⁊ domiator vt vite mee
liberiori mente et puriori ſpiritu ſer
uirem tibi hoc in me flagellꝫ lepre
a tua bonitate expediui Sed quia
audio a patre meo ſpirituali cuiꝫ to
ta deuotione commiſi me contra ſa
lutem meam a te omnium domino
petiuiſſe. rogo te per tuam benigniſ
ſimam caritatem vt in me tuum pla
ſma reſtituas ſecundum ꝙ tue pla/
cuerit optime voluntati. Mira res
Vix verba compleuit et in tāta cla
ritate cutis et elegantia forme ſubi
bito fit facies reſtituta vt nec in ea
vnius ruga veſtigium vel ſaltem te
nuiſſima macula remaneret. Quo
viſo gaudꝫ miles et vxorē reputat
ſibi quaſi redditam rediuiuam. Ex
ultat familia. fama rei geſte diffun
ditur. letātur amici applaudit et pa
tria et inclita chriſti pietas ore om/
nium collaudatur. Et vix quidem
miles anno dimidio ſuper vixit. et

inclita mulier eius nō immemor bo
nitatis chriſti cuꝫ filia vnica quam
habebat et poſſeſſionibus vniuerſ
ad mōſterium ſoroꝝ ordinis predi
catoꝝ tranſijt quod heinberch dici
tur et i eo autore deo religioſiſſime
conuerſatur. Vide ergo lector con
ſidera virtutem in femina que in tā
tuꝫ horruit oculū impudicū vt in ſe
precum inſtātia lepre plagā accipe
ret. Quid nimirum nequius oculo
quod creatū eſt. Ideo moyſes i le/
ge inhibet filijs iſrahel ne ſequā̄t co
gitationes ſuas ⁊ oculos ꝑ res va
rias fornicantes. Et eccleſiaſticus
Oculus malus ad mala non ſacia/
bitur et in triſticia erit ſemper Non
ab re dominus in euangelio dicit.
Si oculus tuus ſcandalizat te erue
eum et proijce abs te. Quāq̄ꝫ hoc
ad litteram durū ſit intelligere qui
pocius per oculum nequam. concu
piſcētiaꝫ male volūtatis intelligas
et hanc eijciendam a capite cordis
ꝓijciendam qꝫ mutato ꝓpoſito. ne
in facto prodiens prolabaris et ſic
ſcandalizeris a ꝓximo et per conſe
quens proximum ſcandalizēs.
¶ Vidi ſanctum virum magiſtꝝ givi
donez p̄ſbiterum bechinarum in ni
uella de quo certiſſime ſēbat̄ ꝙ cū
i ſonegio opido hanonie ſcolas re
geret adoleſcēs incaute ſemel femi
nam contemplatus ꝑ annos tres
ipſa mortua in tantum temptatus
eſt vt excepto eo quod vigilans ſu
ſtinebat omni nocte in ſomnis cre/
deret eſſe preſentem. Senciens er
go ſm ſe dyabolum non ceſſare de

nocte clam tumulum mortuē mulie/
ris aperuit et nares et faciem in ce
no putrefacti corporis tam diu te/
nuit vt pene nimio fetore ſuffocat⁹
quaſi mortuus caderet reſupinus
Que res in tantum valuit. ſaucto
viro vt nullum poſtea ſtimulum in
carne ſentiret. ¶ De hoc illud ſe/
cretum accepi ꝙ ſtatim vbi dicti vi
ri beata anima pro conditione car
nis corp⁹ exiuit cuidā ad. q̄tuorde
cim. miliaria longe poſito per viſio
nē apparuit et cui⁹ eſſet meriti. lapis
precioſus quem in pectore portare
videbatur ad illuſtrandum totum
orbem ydoneus et clarus oſtendit
Nec mirum vt qui multoruꝫ corda
ad cognitionem veritatis illuſtra/
uit dei verbo et virtutis exemplo
felix eius anima tanto lumine poti
retur. ¶ Sanctus Ludoivicus ca
thalānenſiū epiſcopus fuit vir cor
pore venuſtiſſimus et pudic⁹. Quē
vt vidit quedam galliarum regina
oculos coniecit in eum ⁊ oportuno
loco vocatum ad concubitum inui
tauit. quam ille toruo vultu et ocu
lo indignanti deſpiciens verbis mi
rificis ↄfutauit cui⁹ oculus poſt mor
tem eciā in ſicco cadauere extingui
et caligari nō poterat. vt m̄ et mul
tis alijs audiētibus magiſter iohā
nes de firmitate abbas quōdaꝫ re
glariū in eadē ciuitate q̄ ipm̄ oculū
q̄ſi criſtallinū luciduſſi[m] v:t it et po
modū enarrauit. interfuit eleuacōi
dicti ſancti corpis qd̄ ānis plusq̄ꝫ
quadringentis in terra iacuēat. Et
iuſte quidez oculos etiā in mortuo

coꝛpe extingui nõ poterat.q̄ cõtra
moꝛtificantẽ hoſtez in fragili vaſcu
lo viuidus ꝑmanebat.Et vere meri
to extrinſecus caligari nõ debuit q̄
venenũ corrupciõis intrinſice r̄cipe
non curauit Quid aũt de oculo nõ
figendo pħus ſeneca ſenciat audia/
mus Qui deponere inquit vult deſi
deria rerũ omniũ quaꝝ cupiditate
flagrauit ⁊ oculos ⁊ aures ab his
que r̄liquit auertat.Nihil enĩ facili⁹
q̄ȝ amoꝛ recrudeſcit.Affectus q̊cun
qȝ ſe vertet aliqđ pñs ſue occupaci
onis inueniet.Cogitaciões vagas
et inutiles⁊ quaſi ſomno ſimiles nõ
recipies.Cogitacõ ſtabilis ſit ⁊ cer
ta.ſiue deliberet ſiue querat ſiue cõ
templeẗ nõ recedat a vero Si conti
nens es et animi et coꝛpis tui ſẽſus
ſingulos motus obſerua ne indeco
ri ſint.Nec ideo ꝯdemnas qꝛ latẽt.
nam nihil differt ſi nemo videat cũ
ipſe illos videas.Si oculus ꝯcupiſ
cit auerte.ſi aures heſerit fuge.ſi ar
ſerit lingua reſtringe.ſi tactũ man⁹
illexerit retrahe.ſi curioſus odoꝛ ir/
repſerit nares ꝯtoꝛque.Et hec q̊dẽ
ſi p̄mo motu in vſu duxeris abomi/
nabunẗ ſenſus vicia et inito federe
cum animo ꝯquieſcent. Excluditur
affectus facili⁹ q̄ȝ expelliẗ.Quia er/
go non eſt r̄gredi facile.optimũ ẽ
omnino nõ ꝓgredi Mire pulchritu
dinis adoleſcẽs cernens in ſua ſpe/
cie ſolicitari plurimas illuſtriũ femi
narũ vultum ſuũ cõfodit vulnerib⁹
malens defoꝛmitatẽ habere fedita
tis q̄ȝ foꝛmã incitamentũ aliene ſibi
dinis. Tercia via ad foꝛnicatiõez
eſt conſiliatricũ abhoꝛrenda imma
nitas.De his eccľiaſticus dicit Lin
gua r̄cia mulieres foꝛtes deiecit et
priuauit eas laboꝛib⁹ ſuis.Lingua
tercia ẽ turpitudinũ mediatrix que
prime matris eue ſpeciem gerit que
virũ in omni ſapiẽcia et decoꝛe ꝑfe/
ctum ſeduxit et expulit a paradiſo.
Que es igiẗ puella ſimplex expers
fallatie que taliũ man⁹ poſſis effu
gere ſi ſemel etiã tenuiſſime p̄bes
auditũ.Solum ibi reſtat cõſiliũ vt
taliũ ꝯſoꝛcia tibi ſemꝑ uites nec cũ
eis vadas aut ſedeas quia nil puel
lis ꝑnicioſius iſto malo Miroꝛ certe
et diu miratus ſuȝ q̄ iura ciuilia ta
les nõ puniunt que ꝓ re modica fu
rem iudicãt et ſuſpẽdũt. Lex moyſi
in leuitico p̄cepit ſi quis hoĩez fura
tus fuerit et vendiderit ſine vlla mi
ſericoꝛdia moꝛiaẗ. Fit furtuȝ manu
fit furtũ ꝯſilio nec vllo mõ differũt
in peccato Qua ergo pena plecten/
da eſt lamia que puelle animã quã
ſeduxit tradit dyabolo et coꝛp⁹ le/
nocinijs defedandũ.Preterea tur/
pius dehoneſtare vľ dãnificare nõ
poterit hoiem q̄ȝ in filia vel vxoꝛe
Audi quid hinc noſtro tempoꝛe re/
mis acciderit.Erat homo vt mihi
frater oꝛdis p̄dicatoꝝ retulit faber
lignarius ad modũ tenuis vxoꝛem
habens pulchrã et bonam.In hãc
diues q̊daȝ pecunia ȝ inops coꝛde
oculus iniecerat impudicos.Miſſa
ergo ab eo nephanda vetula itrat
domũ iuuencule ſalutat eam quaſi
incognitam.reſidet ad ignem. Nec
mora.circũductis oculis fatigataȝ

ſe plāgit. Querit hinc iuuēcula anū
cur veniat aut quid querat. Et ve/
tula. ſi ipā ſis neſcio talis nominis
taliſqꝫ matris filia quaʒ habere me
credo in iſta vicinia cōſobrinā Cui
iuuencula. ſi ſum neſcio tali quidem
nomine cenſeor et etiam habui talē
matreʒ. Tunc vetula ruens in oſcu
la iuuencule. bene inquit aſſimilaris
optime matri tue. Tu aūt qualē vi/
rum habes? Cui illa. bonū inq̄t ope
re fabrūlignariū. Mox vetula alti⁹
elato gemitu. heu inq̄t optime ma/
tris filia quomodo ad iſtam miſeri
aʒ veniſti vt fabrum habeas virum
que tot in parētela tua magnos et
diuites habuiſti. Hec dicens quaſi
meſta nil amplius locuta receſſit In
de quarta die reuerſa. vere inq̄t m̄l
tū ſolicitor vt poſt infortuniū ſalteʒ
copioſius rebus valeas abundare
Inueni ergo viaʒ qua hoc fieri po
terit ſi ↄſentis Eſt in ciuitate iſta vir
diues ⁊ potens valde qui te vt heu
mihi dixit cum tuū infortunium de
plorarē ſuper omnia diligens cōcu
piſcit. Cū iſto quidē habebis quic/
quid corpori placere poterit vel de
cere. Cui iuuēcula. Bonū inquit vi/
rum ⁊ melioreʒ me habeo. diuitias
aūt cum peccato augere nō cupio.
Cui vetula quaſi blando vultu cō
gratulans Et hinc inquit magis te
diligo cariſſima. Hec dicens abijt.
⁊ poſt triduū reuerſa dixit. veni me
cum cariſſima ⁊ eccleſiā pariter glo
rioſe virginis viſitem⁹. Nihil ergo
mali ſuſpecta ſimplex iuuencula pa
ret illi et cū vetula vadit. At vbi an̄

portam diuitis tranſeunt vt preor/
dinauerat vetula. iuuencula rapit̄
et ꝓtrahit̄ in ↄclaui. Anguſtiata er
go iuuencula et emin⁹ ad aures ve
tule ſe inclinans ait Mihi hac nocte
ↄtigit iuxta ↄſuetudinē feminarum
Ad horam nunc liberes me cogna
ta dulciſſima. et fide data ſpondeo
cras redire. Annuit vetula. ↄſentit
et diues. Hinc ergo iuuencula do/
mū rediens quid fiat excogitat pre
parat de vicinia tres fortes et vali
das feminas et eas cū ſcopis clam
in thalamo collocauit. et quaſi vel/
let melioribus veſtib⁹ indui. venien
tem vetulam velut ad ſuū auxilium
introduxit. firmatoqꝫ hoſtio cōcur
runt femine et nudatam veſtibus
percuciunt ſcopis miſeram vſqꝫ ad
ſanguinis effuſionem. Nec ceſſant
a verberib⁹ donec eluctuato cona/
mine vetula hoſtiū exiliuit et nuda
penitus per plateas aufugit. Mirā/
tibus cunctis quid factū ſit audiūt.
⁊ ↄſtantē in caſtitate iuuenculā per
totā nimiꝝ ciuitatē extollūt. pluſqꝫ
lucrata eſt in honore et gloria bone
fame q̄ꝫ fuiſſet in omnib⁹ copijs di/
uitis adeptura. De taliū q̄ꝫ conſi
liatrice miſerrima a fratre ordinis p̄/
dicatorꝝ veriſſima relatiōe percepi
Erat vetula infelix que relictā iuuē
culam p ſeptenniū circūduxit et di/
uerſis vēdidit viris pro virgine in/
corrupta Maleficio aūt ſuo hec ege
rat vetula vt vnicuiqꝫ ↄgnoſcenti il
lam inuiolata penitus videret̄. Cō
tigit inde vt p ſata intrante augu/
ſto menſe. vetula p̄cedēt iuuenculā

ſequẽtez. Nec mora. A demonibus
rapit̃ vetula et videte iuuẽcla p̲ ae/
ris vacuũ vſq; in longiquũ quo eã
amplius videre nõ poterat ferebat̃
h̃ viſo oterit̃ iuuencula et ille q̃ hoc
mihi retulit ſequẽti die ↄfeſſa lauda
bilit̃ vixit poſt h̃. Sicut aũt de ↄſili
at̃cib' diximꝰ que puellas ꝓſtituũt
ita et de adulteris dicimꝰ qui proxi
moꝝ vxores defedãt. quare ſc̃m le
ges ciuiles ſtatutum nõ ſit vt crimẽ
tam abhominabile non puniatur.

¶ Quantum aũt malũ et q̃ꝫ de for
me ſit. deus omnipotens in quodã
milite theutonie demonſtrauit. Hic
de latere cõiugis intempeſte noctis
ſilentio exurgens ↄpleto cũ aliena
flagitio domũ luna lucente redibat
Cuiꝰ faciẽ p̲ feneſtrã intrantis vxor
eminꝰ ↄtemplata clamat horrifice.
Ad cuiꝰ clamorẽ ancille domꝰ et fa
muli ocurrẽtes mox ad ↄtuitũ dñi
pariter clamauerũt q̃i a ↄſpectu de
monis deturpati. Quod vt miles vi
dit aniaduertit faciẽ ſuã a ꝓpria for
ma receſſiſſe et diuino iuditio ſc̃m vi
litatẽ peccati ↄfuſionis ignominiã
iuduiſſe. Ergo vbi de lituit vſq; ma
ne ꝓperat verſus eccleſiã vt ↄfeſſus
ſacerdoti formã ꝓpriã recipe mere/
ret̃. Cui cũ vacce et pecudes ville p̲
cedentes ad paſcua longius obuia
rent. mox diros dedere mugitus et
quaſi mox minati fulmine retroacte
queq; quo pñt diffugiũt. Idẽ paſto
res et obuij q̃q; fecerũt. Sacerdos
ãt in hoſtio eccleſie ad dicendas ho
ras reſidẽs mox vt illũ vidit ſigna/
uit ſe et intrans eccleſiã hoſtiũ poſt



ſe clauſit. Tũc miles ꝓſternẽs ſe añ
fores eccl̃ie. Miſerẽ inq̃t pr̃ ſc̃e miſerẽ
miſerrimo pc̃cori. Nõ ei ſũ ille q̃ vide
or. ſ; h̃ m̃i pc̃cis meis exigẽtibꝰ acci/
dit vt in me laruata q̃i facies defor
met̃. ſed penitẽti iniũge quod vis. ⁊
ſic de me qđ deus voluerit expecta
bo. Nec mora vbi miles cũ mira cõ
tritione et lachrimis eſt ↄfeſſus lar/
ualis illa ↄfuſio deterſa eſt et ꝓpriã
faciẽ cũ ſua integritate recepit. Vi/
dimꝰ pluẽs ex his qui militẽ optime
ↄgnouerũt nobiſq; iſta de illo veri/
tate teſtatiſſima narrauerũt. Quar
ta via ad fornicationẽ luxus in ver
bis qđ ſalomon de muliere blanda
et vaga teſtat̃ dicens. Illaqueauit
eũ multis ſermonibꝰ. Viri eni mulie
res et q̃d turpius eſt. muliẽs viros
illaqueãt et illaqueant̃. Taliuz lin/
gua eſt vt dicit iacobꝰ apoſtolus in
canonica ep̃la inquietũ malum qđ
mentes in ſe añ pacificas fluctuare
facit vel incutit. plena veneno mor
tifero. qđ mẽtes ita inficit tẽptato/
rũ vt nec timoẽ dei vel hoim vel dã
no aut ſcandalo poſſint auelli vt ſic
in corpe p̲ corruptionẽ ⁊ in aia per
pc̃m i oculis dei p̃mᵐ et ſb̃ſequent̃ in
oculis hoim ↄfũdant̃. Tu g° virgo
xp̃i ſiue in ꝓpoſito vidua vel q̃uis
honeſta m̃lier matr̃monio copulata
ab inicio caput ↄtere tẽptatoris et
nõ erit nc̃c̃e cũ laboꝛẽ et nc̃c̃itate nõ
modica herẽtez aim ſuocat̃. Maria
v̲go omnis virtutis et caſtitatis ex
emplar etiaz in ſermone angeli vbi
ad ſe clauſam ingredietem vidit tur
bata eſt. et hoc quia aercũ corpus

in ſimilitudinē viri loquētis accepe
rat. Uiſitatiões eni angelorꝫ in ſpi
ritu ꝑ ꝓpriū ſubiectū hoc eſt in pro
pria natura āgelica vt credi digniſ
ſime pōt aſſueta erat habere. Salu
tantē ergo angelum ⁊ fecundandā
virginē aſtruentem. nō verbi dubia
ſed modi neſcia cōſtanter inquirit.
Quo modo inquit fiet iſtud qm̄ vi/
rum nō ꝯgnoſco. Sed et tu caſtita/
tis amatrix ſi ſaltē verbū viri ſuſpe/
ctuꝫ audieris. ſcinde moras. dirum
pe ſermonē. auditū auertas. Ariſto
tiles teſtis eſt in libro de animalib⁹
ꝙ q̄mdiu ſus ſolicitante mare rigi/
das aures tenuerit nō ꝯſentit in co
itum. vbi vero aures incepit laxare
ad luxuriā ſtimulat̄. Quid euidenti
us hoc exemplo? Et nota ꝙ idem
phs dicit ꝙ om̄e aial hꝫ aures mo
biles preterq̄ꝫ homo. Rigidas er/
go et immobiles aures habeas et
cum aſpide cauda. exitus rei que ti/
bi ſuggerit̄. eas obtura ne exaudi/
as. id eſt corde audias incantantē.
Raro eni fit vt nociuū quid aures
introeat et cor non ledat. Et ꝓpter
hoc hortat̄ ſalomon dicens. Sepi
aures tuas ſpinis ſcꝫ vt qui impor/
tune intrare voluerit. importunius
hūc repellas. Et hoc ptꝫ ſub exem/
plo Uenerabilis Johis boſnenſ.
cuiuſdā epiſcopi et poſtea mgr̄i or/
dinis predicatorꝫ vt a fratre ipſius
ordinis ꝑcepi factū ꝯmendatiſſimū
audiam⁹ Fredericū nuper romano
rū impatorē luxu corpis impudētiſ
ſimū hic beat⁹ vir ſecretius argue/
bat. quod lꝫ impator pacienter au
dire videret̄ exterius. in corde tamē
indignantiſſime grauabat̄. Prece/
pit ergo cuidam ſue pulcerrime int̄
cetēas ꝯcubine vt ſanctū virū ſecre
tius ꝯueniret ⁊ eū ſi vllo modo poſ
ſet inclinaret ad lapſū. Quod vbi il
la ſecreti⁹ ꝯuenienti⁹ et malicioſius
attemptauit. clam in inſidijs impa/
tore cū plurib⁹ ꝯtuente. vir beatus
manū erigēs in ſublimi meretricē in
maxillā cū ꝟtute ꝑcuſſit et facieten⁹
in terrā eliſit. Quo in facto ſanctum
virū impator in tanta poſtmodum
reuerētia habuit. vt vix vlli tantum
in eccleſia ſācta crediderit. Uide er
go ſerue dei. vide ꝟgo xp̄i. quantū
lingue malū quantā ſiluā niſi repta
fuiſſꝫ mira viri virtutis ſoliditas in
cendiſſet. Quis nō videt in tanti vi
ri lapſū totū et tantū ordinē vacil/
laſſe. Crede ſalomoni tanq̄ꝫ experto
q̄ꝫ vipereū vir⁹ mala lingua. Nec ſe/
xū hic exclude virilē. Dicit etiā ſapi
ens. Cū fatuis nō habeas ꝯſilium.
Nō eni poterūt diligere niſi ea que
ſibi placēt. Et iterꝫ infra. A ꝯſiliari/
is malis ſerua animā tuā. Et beat⁹
aug⁹. ſibi cauens. Appetit inq̄t ⁊ ap
petit̄ ꝯcupiſcentia mulierꝫ. Et vide
q̄ꝫ execrabilis dolus ē ꝙ quidā ma
gis temptant̄ de ꝑſonis q̄ ſpeciē in
habitu et religiōe ꝓtēdūt q̄ꝫ de his
q̄ ſeculo ſe dederūt. Et mulieres ſi/
milit̄ q̄ nunq̄ꝫ de viris ſecularib⁹ tē/
ptarent̄ eas diabol⁹ et mēs ꝑuerſa
in ſāctos et religioſos vel viros ec/
cleſiaſticos ſtimulabat. Cui⁹ ſimile
quid in libro de natura rerꝫ plinius
apte ponit. Sus inq̄t qn̄ luxurie fu/

riȷ̈s agitatur in virũ irruit candida maxime veſte indutũ. Et vt hoc pateat ſub exemplo quid nr̃is tp̃ib' in hyſpania otigerit audiamus.

Predicator quidã et actiõe et ordine in hyſpania maxim' fuit qui frater dominic' dict' cũ beato dominico ibidẽ predicatoꝝ ordinẽ ampliauit. hic opiniõe ſanctitatis ⁊ gr̃a acceptiſſim' erat regi caſtelle et nobilibus vniuerſis ſicut a fr̃e ordinis p̃dicatoꝝ in nouitate ip̃i' ordinis annis iã fere. xl. elapſis accepi. qđ vbi quedã ſoldaria vt gallice vocãtur tales ſed re vera ſolennis meretrix vidit et inuidit. dixit regi et ſuis. q̇d creditis de iſto hoĩe quẽ ſãctiſſimũ reputatis Oſtendã vobis q̇s ip̃e ſit et eũ vobis vidẽtib' ad ↄcubitũ flectã. Cũq; rex mere̅tcez vt vir vrbanus ⁊ nobilis increpa̅ct. et illa in periculũ vite ſue ſi nõ poſſet h̄ inſtãter ꝓmittẽt. Reſpõdit rex. Fiat vt ſpopõdiſti. Nec mora vbi q̊daꝫ die vir beat' in p̃dicatione ſtabat. publica meretrix ad veſtigia ei' cũ miro eiulatu et lachrimis ſpectante populo ſe ꝓſtrauit. Qđ vt ille vidit exhilarat' in ſe q̃i ſup penitẽteꝫ ↄpaſſiõis lachrimas fudit. Tũc audita ↄfeſſione ei' p multos dies ↄſolabat̃ eã et ip̃aꝫ ſ̃m ꝙ decebat mutare habitũ fecit. Humilitate ergo et obediẽtia in om̃ib' ſimulata poſt mltos circuit' flexuoſos q̊s antiq̊ h̃pẽte docẽte tẽptauerat ad iſtđ tandẽ inauditi doli tendiculũ ↄuertit ingeniũ; fleuit dieb' mltis nec vllã lachrimarũ cãꝫ extorq̃re potuit vir beat' donec ille ꝓmittẽt vt erat inocẽtiſſime ſimplex in ſubuentõeꝫ ſalutis illi' totalit̃ ſe daturꝝ. Ad hãc voceꝫ meretrix cũ clamoẽ valido et lachrimis. O de' inq̇t oĩpotẽs nõ hec miſerrima meruit vt ꝓ voto tantũ vir ſcꝫ ſeruũ tuũ in ſalutẽ meã ad om̃e libitũ obtinerẽ. Et ille audactar inquit pete qđ vis et fiet. Et illa. Ve inquit nũc ſcio q2 mei miſert' eſt de'. vnum reſtat q̊ pacto parata ſũ ⁊ i morteꝫ et i penã ire q̃cũq; p̃cepẽis experiri Cui ille. q̇d eſt h̄ inq̇t. Et illa inclinato vultu ſuſpirãs q̊ nil min' q̃z meretrix viliſſima putaret̃. Verecundoꝛ inq̇t dicẽs qđ tamen vita comite vitaẽ nõ poſſũ niſi vite ſola tuo fruar ↄcubitu. mee ſalutis aut vite ſpes eſſe nõ p̃t. Mox ille dolũ viperee mentis itelligẽs. nec h̄ inq̇t fruſtraberis eſto certa et hec dicẽs aſſignauit ei locũ quo eũ ſolũ ſũmo mane p' dies q̃tuoꝛ inueniret. Inťmediȷ̈s igiť dieb' vir beat' in oꝛõe ↄtinuus ꝑnoctabat. Mulier v̄o regi et ſuis q̇d actum ſit occulte indicat iubẽs eos ſuũ introitũ obſeruare. Quid plura Stupefacto regi cũ ſuis q̇d fieri debeat p̃ſtolat̃ ſãct' v̄o dei. a media nocte ad inſtar lecti ex carbonibus ignẽ in cella parauerat. Mane ergo pulſante ad hoſtiũ muliere intromiſit eã vir beat'. baculoq; cõfricans ignẽ vt magis igneſceret. mox ſe depoſuit ſup ignẽ dicens. Ecce lect' tali opere dign'. hic cuba mecũ alium non habebis. Hoc vt vidit mulier. quaſi mortua cecidit. Milites vero ipſius regis ex inſidiȷ̈s irruentes.

beatū virū ſine aduſtione aliq̄ cor/
poris aut amictus in medijs ignibꝰ
mulierem autez irrigidatam ad pa
rietem quaſi mortuam inuenerunt.
Horrore igiᵗ et ammiratione ꝯfuſi
flexis genibus rogant ab igne ſur/
gere ſanctū virum ⁊ ſtultis ſuis p̄ſū
ptionibꝰ īdulgere Quo facto extra
hunt cum furore miſerrimam. ⁊ niſi
vir beatus inſtantiſſime ⁊ cum diffi
cultate ei fuiſſet preſidio. illam ſtati
iubente rege ignibus ꝯcremaſſent.
Nec mirum. in iſto facto ꝑ totuz re
gnuz hiſpanie predicatoꝝ ordo re
cens adhuc et coaluit et conualuit
ſublimari. Nota igitur lector quan
ta ꝑuicacia in muliere viliſſia cui for
nicatorēs in rota nequaq̄ȝ hiſpania
ſ͞tot ſufficere potuerūt niſi etiā in tā
ſancto ordine quereret corruptorēs
Jdeo de muliere nequā ſalomō cō
queriᵗ dicēs. Jnueni amariorē mor
te mulierem que laqueus eſt vena/
torū et ſagena cor eius. vincula ſūt
manꝰ eius. qui placet deo effugiet
illam et qui peccator eſt capieᵗ ab
illa. Et Job. Halitus inquit eius
prunas ardere facit et flamma de
ore eius egrediᵗ. Quid igitur ſerue
dei quid tibi cū feminis ꝯfabulatio
tam aſſidua? Mirabanᵗ de xp̄o qui
deꝰ et homo ſimul eſt ⁊ ideo ab om̄i
ſuſpitione remotus Mirabanᵗ inq̄ȝ
diſcipuli ꝙ cū mł̄iere dn̄s loquebaᵗ
Quid ergo tibi faciendū eſt pecca/
tor homo qui carnē geſtas infirmā
et naturā infectā? Si iuuenis es nul
la ſecuritas. ſi ſenex experire in te cū
illo qui dixit. adhuc ignicꝰlꝰ viuit.

Sed respondes. zelus me trahit et
hec ſalus ꝓximi. Et reſpondeo. Nū
quid et animas viri habent? quare
non cū illis aſſiduas colloquia? Et
vtiq̄ȝ viri pluribꝰ et maioribꝰ pericu
lis patent. Modereris ergo verba
cum feminis. ſemper ſit tibi teſtis in
oculis. Sermones vtiles et ſuccin/
ctos ꝓpone his. ſi nolunt illi eſſe cō
tente flectiq̄ȝ nequeūt ad ſalutē cō/
ſulo ꝙ te ſubtrahas ⁊ negociū deo
ꝯmittas. hoc eſt maxime ſi ſpeciali
ſorte perſonarum curā non habes.
Quid eni prodeſt ſi vniuerſum mū/
dum lucreris et anime tue detrimē
tum paciaris? Si forte in longeuo
etatis vſu ⁊ retroacta caſtitate con
fidis. audias quid dicit ſanctiſſimꝰ
et veridicus Augꝰ. Cū mulieribus
ſermo breuis aſper ⁊ rigidus ſemꝑ
eſt habendꝰ. Nec ideo minus vitan
de quia bone indolis et honeſte vi
denᵗ. ſed quanto religioſiores tan/
to magis alliciūt et ſub ſpecie religi
onis plurimū vigȝ viſcus libidinis
Crede m̄ vt ep̄s loquor et xp̄tꝰ. ce
drus libani. greguz arietes reꝑperi
ſub hac peſte corruiſſe. De q̊ꝝ vita
nō minꝰ ſuſpicabar q̄ȝ de ieronimi
vel ambroſij turpitudine impudica
Ecce q̄d audiſti. ſi in viridi hec fc̄a
ſūt. in arido q̄d fiet? Jgnis ē mulier
etiā ignis ad ꝯſūptionē deuorans
Quid aūt de ſe iuuenes ſentiāt ne/
ſcio. ego aūt. lx. annoꝝ ſū vno minꝰ
et vndiq̄ȝ ꝑſtrepentibꝰ malis caſum
adhuc lubricitatis horreſco. Me/
mor ſū facti quod moderno tēpoᵉ
prope cameraceñ. dioceſim accidit

¶ Quidã cleric⁹ a pueritia celebs ⁊
caſtus poſt longũ theologie ſtudiũ
in ſolenni ꝯuentuali eccleſia canoni
aꝫ eſt adeptus. Animaꝝ ergo zelo
duct⁹ prebendã ꝓ parrochiali eccle
ſia ꝯmutauit in qua cũ ꝑ ſeptenniũ
fructuoſe multũ et fideliter laboraſ
ſet predicatione et exemplo aĩas
lucrat⁹ eſt xp̃o quas dyabolus co/
nabat̃ auferre. Accidit ergo vt vir/
go ſexagenaria que ciliciũ ip̃ius ſa
cerdotis lauare ⁊ mundare ſolebat
ſola ſine teſte vl̃ ſocia thalamũ igre
deret̃. Quid plura? Ad tã nefandũ
infortuniũ res deuenit vt ambo ſa/
cerdos et mulier anteꝗꝫ ſeparentur
diu ſeruato caſtitatis et virginita/
tis lilio fruſtrarent̃. Et quidez muli
er in tantũ doluit vt pre nimia ama
ritudine mortez accelerarct in plan
ctu. Sacerdos vero expert⁹ incogni
tũ. in luxuria adhuc vt credim⁹ vilíſ
ſimus pſeuerat. Quid miri? Quãto
locus altior tanto caſus grauior.
Vñ merito angeloꝝ caſus irrepa/
rabilis fuit. Quid in ordine aliorꝫ
religioſoꝝ fiat ignoro. nec enim eſt
meũ iudicare. Si ſcirẽ de fratrũ pre
dicatoꝝ ordine vtpote magis fami
liari mihi. et cognito. ſcio omnes fe/
re quos in ſcãdalum ſancti ordinis
cecidiſſe cognoui quaſi irreparabili
ter corruiſſe. Credo tñ vſqꝫ in hodi
ernũ diem qua preſens opuſculum
ſcribo vnũ eſſe inter ordines iſtũ ꝗ̃
dñs iħus xp̃s ſua pietate et grã mi
tius cuſtodiuit ſicut ipſe exꝑtus ſuꝫ
qꝛ triginta annis in diuerſis regio/
nib⁹ vices epõꝝ ꝯfeſſiones audiẽs
exequebar. ¶ Quinta via ad forni/
cationẽ eſt luxus in oſculo quod ſa
lomon in ꝓuerbijs inſinuãs de mu
liere garrula et vaga. Apprehenſuꝫ
inquit iuuenẽ oſculatur. Ratio hui⁹
eſt quia luxuria per oſculum incitat̃
quia in oſculantibus ꝯuentio par/
tium fit et animales ſpiritus coniun
guntur. Unde Ariſtotiles dicit ꝙ
equi ante coitum conſpirant anheli
tu et per hoc ad coitum prouocant̃
quomodo hoc verũ ſit illi maxime
conſcij ſunt qui confeſſiones audi/
unt illius generis mulierũ quas no
lo propter ſcandalũ ex habitu ꝓpa
lare. Quanta eni ex oſculis enormi
tas feditatum eueniat ſalomon inſi
nuat vbi ait. nolo detegere neſcienti
bus ne nitantur in ventitum et a di
abolo grauius attemptentur. Hinc
forte dicis. Nulla prorſus in oſculis
libidine moueor ſed deum in virgi
ne veneror et preſentia eius inhabi
tatoris afficior. O nequiſſime menti
ens qui hec dicis. Audi quid dicit
xp̃s qui falli nõ põt nec fallere. Spi
rit⁹ eſt de⁹ et eos qui adorãt. in ſpũ
et veritate oportet adorare. Quid
ergo dicis deũ ꝑ oſculuꝫ in virgine
venerari? Eſto. ponam⁹ te in oſculis
libidine nõ moueri quis ſecuꝝ te fa
ciet nõ mentem ſaltez virginis. non
vas fragiliſſimũ corpus in oſculis
lubricari? Scimus talib⁹ maxime fe
minaꝝ etiam deuotaꝝ affici corꝑa
que coitũ nõ nouerũt. et in hoc eui/
dentiſſima ratio demonſtrat̃. quia
hoc in illis maiori delectatiõe coit⁹
minoratur ꝗꝫ in iſtis expertis. quaſi

ſolum ſine corruptione corporis lici
tũ. augmentaẽ. Abſit tñ ab vlla mẽ
te xpiana licitũ et ſine crimine credẽ
dũ oſculũ. dũ veridicus Aug⁹. in re
gula ſua etiã fixum oculũ tanta pe/
na cenſuit iudicandũ de te. Si igiẽ
virginẽ aut feminam in xpõ diligis
quia ſancta. ei cauere debes ſicut et
tibi. de te q̃dez vt dicis ſecurus eſſe
poteris in oſculis nõ moueri. de illa
nunq̃z. diſcrimini ergo te ſine morta
li peccato omittẽ non licebit. Siq̃s
virgo xpi quaſi ad ſanctũ oſculũ te
inuitauerit ſputũ ꝓ oſculo reddas.
pugnũ ingeras otrectanti. Nec cre
das hunc ſeruũ xpi ſed ſathane. nõ
amatorẽ. ſed corruptorẽ. nõ pudici
cie zelatorem ſed eũ certiſſime noue
ris viliſſimũ leccatorẽ. ¶ Exiſtens in
opido magno brabancie Bruccel/
lenſi venit ad me puella quedã reb⁹
tenuis et formoſa cũ multis lachri/
mis ſibi poſtulans miſereri. quã cũ
hortarer dicere q̃d haberet. illa cuz
eiulatu magno heu inquit me miſe/
ram qꝛ cũ ſacerdos quidam violen
ter me vellet opprimere et oſcularẽ
me inuitam illũ auerſa manu ꝑcuſſi
in faciem et ꝑ nares ſanguinolentũ
reddidi. ꝓ quo vt mihi dicitẽ a cleri
cis romã me adire modis omnib⁹
oportebit. Tunc ego vix otinens a
cachinno et quaſi ſerioſe locut⁹ ter/
rui illã tanq̃z grauiter exceſſiſſet. tã/
dem iuramentũ eius accipiẽs ꝙ ſta
ret mãdato mero dixi illi. Sub pſti/
to iuramento precipio tibi vt ſi ille
vel alius preſbiter violentiã tibi in
oſculis vel otrectationib⁹ tibi facere
voluerit otracto⁹ pugno valide ocu
lũ ſi potes excucias otrectanti. nec
in hoc vlli ordini parcas. qꝛ caſtita
tẽ tueri licet. ſicut corpis vitam ver/
bere. Hoc vt dixi omẽs qui aderãt
et ipam puellã in riſum magnum et
letitiam omutaui. ¶ Vidim⁹ in gal
lie partibus virginem cuius virtu/
tem mirabilem non expedit ſubtice/
re. hec vtroq̃z orbata parẽte in do/
mo fratris militis loco pediſſeque
fuiebat. que cum nullius viri iocos
prorſus vellet admittere. ea quadã
die in preparanda ſalſa manib⁹ oc
cupata. quidaz ex ſatellitibus eam
niſus eſt oſculari ſed fruſtra. naz pi
ſtillo quo ſalſam terebat. cum capi/
te percuſſit. Tunc ille leſus. O neq̃ſ/
ſima inquit quare me volentez lude
re ꝑcuſſiſti? Cui illa ſubſtomachãs.
et ego inquit nolo. In tali ergo ri/
gorẽ virtutis virgo nobilis perſeue
rans adeo famoſa effecta eſt vt co/
mitiſſa de encholiſmo caz cum filia
ſua regina anglie vt illius inſtruere
tur obſequijs collocauit. Hec cum
nullo modo poſtea virum accipere
conſentiret. cuz multis regijs mune
ribus et honoribus ad gallias eſt
reuerſa ⁊ in domo hoſpitalis apud
patranum humilis ſoror eſt effecta.
quam nos vidimus eiuſdem dom⁹
magiſtram et in ſeruitute Chriſti la
bore et ſenectute confectam. ¶ Rem
quidem et ſi modo ad propoſitum
non ſpectat iſta narrante narrabo.
Eo tempore quo in Anglia mora/
batur mõſtrum a nautis in mari ca
ptum regine allatum eſt. quod in

paucis diſtabat a femina. niſi ꝙ ca
put ita ſignatuꝫ habebat acſi ſuper
frontem coronā in modū vaſis qđ
fiſcellaꝫ dicim⁹ inſigniret̄. ꝯmedebat
et bibebat et nouis maxime frugib⁹
letabat̄. nullis verbis vtebat̄ ac vo
ce niſi ꝙ exili gemitu moleſtias exp̄/
mebat. tribus annis in palatio fuit
Etiā hinc magnificand⁹ eſt deus q̄
digne in creaturis talib⁹ etiā deus
mirabilis predicat̄. ¶ Sexta via ad
fornicationē eſt lux⁹ in ꝯtrectationi/
bus vberꝝ vel pudendorꝝ quod ſa/
lomon in ꝓuerbijs inſinuās de mu
liere vaga. procaci inquit vultu blā
dit̄ dicens. Veni inebriemur vberi/
bus ⁊ fruamur cupitis amplexibus
Heu q̃ꝫ flagitioſis actib⁹ ſe immiſcꝫ
humana nobilitas. hac noxa irrati
onabilitatis ſolus rationabilitatis
capax homo fedat̄ nec vllum irrati
onale animal huiuſmodi fecib⁹ ma
culat̄ ¶ Nota ergo quanta miſeria
illorꝝ eſt qui iumentis inſipientibus
inſipientiores fieri ꝯprobant̄. Nec
beſtia fact⁹ homo. ꝫ beſtia turpior
eſt. Regū p̄mo libro legit̄ ꝙ azocij
qui interpretant̄ intendētes mutuo
palpatores et ꝯtrectatores intelli/
ge. in ſecretiori parte natiū vindicta
dei iuſtiſſima ſūt ꝑcuſſi. Vide quan
tū ſcelus et quāta nequicia cū accū
bunt viri feminis nudi nudis. et cre
dunt ſe corruptionis euaſiſſe ſpurci
cias. ſi certa regione polluta. ſigillū
carnis integrū ꝑſeueret. hoc ſaluo.
faciūt quicq̄d volūt. Abſit hoc a mū
diſſime virginis filio. vt hanc ſpon/
ſam reputet. ſceleratiſſime ſordidā/
tam. Apoſtolus eni deſpondit vni
viro caſtā virginē exhibē xp̄o. Ca/
ſtā inq̄t nō pollutā. Teſtor deū ſpē
q̄ꝫ ꝯmunē oīm bonorꝝ. q̃ꝫ plurēs me
in ꝯfeſſionib⁹ audiuiſſe que magis
ꝯtrectationū occaſiōe cōtra pudici
ciā peccauerūt. q̃ꝫ ſi decē pueros de
ꝓprijs ſrib⁹ genuiſſent. Que eni cō/
paratio peccati naturalis ad inna/
turale flagitiū. Hoc malū late ꝑ or
bē ſerpens. etiā vinculo ꝯiugali iun
ctos inuoluit. Et vide quid hic etiā
vinculo ꝯiugali in cameracenſi ciui
tate ſub venerabili rogero eiuſdem
vrbis epiſcopo contigerit ¶ Virꝝ
quendaꝫ fuiſſe percepimus qui tali
vicio ſubiacebat vt nō ei ſufficēt de
lectatio coit⁹ cū vxore q̄n etiā eā cō
trectationib⁹ illicitis moleſtaret Er
go vbi nocte quadā reclamāte vxo
re et imprecāte vindictā dei. marit⁹
ꝑpetrato violent̄ ſcelere. ad vētris
officiū ſurrexiſſet more ſolito. vētre
ſoluto ꝑ ſecreta nature in cloacā vi/
ſcēa ei⁹ deſcēderēt̄. Nec mora clamās
reportat̄ ad lectuꝫ et publica voce
ꝯfeſſus. cū duriſſimo manuū crucia
tu. quas q̄ſi ignib⁹ vrerentur abſcidi
pecijt. in horā diei tertiā expirauit.
Vide ergo q̃ꝫ digna tali operi vin/
dicta illata ſit. Si ergo viri flagitiū
cū vxoē tanta aīaduerſiōe ꝑcuſſū
eſt et punitū. q̄d illi acturi ſūt qui in
ꝓpoſito ꝯtinēdi ⁊ ſub ſpecie religio
nis talia ꝯmiſerūt? Iſte ſunt vie ſex
certe reprobis ꝑ q̄s ad fornicatōis
ludibriū ꝑuenit̄ nec illđ vitabit. aut
peius. Qui ꝑ eas vel vnā etiā ꝯſen
ſerit frequētare. Vn̄ eccleſiaſticus.

via impiorꝝ cōplantata lapidib⁹ ⁊ in
vijs eorꝝ inferi et mors. Et pſalmiſ
ta imprecādo dicit. Fiat via illorꝝ te
nebre quantū ad excecationē. et lu/
bricū quantū ad facilitatē peccādi
et angelus dñi ſubaudis malus. co
artās eos quantū ad exitū. Ecōtra
ſemite iuſtorꝝ q̄ſi lux ſplendēs ⁊ vie
eorꝝ vie pulchre et nō coartabūtur
greſſus illorꝝ. Per vias ergo immū
dorꝝ. flos agri in ꝯiugatis. et liliū
cōuallīū in virginib⁹ ꝯterunt. Quo
fugiendū eſt quo diuertendū eſt in
libro iudicū reqre ꝯſiliū. Angelū ge
deonē inſtruentē attendas. Cū eni
gedeon q̄ et ierobaal ſacrificiū ſup
lapidē ex coctis carnib⁹ obtuliſſet.
precepit angel⁹ vt ſimul ius carniū
ſupfuſū offerret. Quid in carne niſi
fornicationis aut adulterij carnale
peccatū? Et qd in iure in quo caro
excoquit̄ niſi predictarꝝ viarꝝ luxus
p q̄s etiā mētes ꝯſtātiſſime in mol/
liciē reſoluūtur? Prius eni q̄ʒ mens
immūdis cogitatiōib⁹ imoret̄ ocu/
los vagos incaute ꝓijciat. ſuggeſti
ones ꝯſiliatricū exaudiat. amatori
is ſe verbis immiſceat. oſculis mul/
ceat̄ et tandē ꝯtrectatiōes illicitas
paciat̄. pſq̄ʒ inq̄ʒ iſta ſuſtineat mens
et caro ꝯſtās fortiſſima perſeuerat
Cū vero talib⁹ dare aīm ceperit et
ſēſerit miſerijs delectari velut exco
cta caro in tabē reſoluit̄ et abſq̄ʒ vl
la fortitudine ſubſequitur añ faciez
tribulantis

De ſpūaliū filiorꝝ genēatōe. ca. xxx

Apes quidem licet nequaq̄ʒ
coitu miſceant̄ tamen maxi
mū filiorꝝ examen emittunt. Quid
eſt aūt ſine ꝯtagio luxus. caſte ⁊ pu
dice maximū examen filiorꝝ emitte/
re niſi in vnitate matris eccleſie non
adulterantes verbuʒ dei ſicut dicit
apoſtolus. id ē ad lucrū aliud incli
nātes. ſedule predicationis ⁊ virtu
tis exemplo. Xp̄o dño adoptionis
filios generare. Inde eſt ꝙ ſpiritus
ſanct⁹ in canticis admirat̄ dicens.
O q̄ʒ pulcra eſt inquit caſta genera
tio cū caritate. Nihil feditatis cari
tas patitur ſed munda ⁊ pudica cō
plectit̄. Vñ beat⁹ aug⁹. in libro ſup
Johānem. O ſponſa xp̄i pulcra int̄
mulieres id ē ꝟtutes. dealbata aſcē
dens ⁊ incumbens ſuper fratruelez
tuū quia cuius lumine illuſtraris vt
candeas. eius adiutorio fulciris ne
cadas. huic zelator animarꝝ iunga
ris conſortio. hanc in nullo negotio
pret̄mittas. quia quicquid ſine illa.
(q̄ forma virtutum eſt) agitur oīm
virtute fruſtratur. hoc preceptū do
mini luciduʒ in quo vniuerſa lex pē
det et prophete. hec eſt lex Chriſti
conuertens animas teſtimoniū do
mini fidele. ſapientiaʒ preſtans par
uulis id eſt humilibus. In lucro er
go animarum ſicut lex domini tecū
operetur caritas et nō ages perpe
ram. Quotquot eniʒ in lege carita
tis (que eſt gratia) per legeʒ carita
tis conuertis. coronas meritorum
tot habebis. Lete ergo innumeroſe
examen filiorum poteris laborare.
quia ſingulorum gloria videberis
choruſcare. ita vt ab Iſaya dica
tur tibi. Leua in circuitu oculos

tuos et vide. omnes iſti cõgregati
ſunt venerunt tibi. filij tui de longe
venient et filie tue de latere ſurgẽt.
tunc videbis et afflues ⁊ mirabitur
et dilatabit cor tuũ qñ ↄuerſa fuẽit
ad te mltitudo maris fortitudo gẽ
tium venerit tibi. Quid autem hinc
temporib⁹ meis acciderit videam⁹.
Magiſter Johannes de niuella Le
odicñ. ecclẽſie decan⁹ diuicias ↄtem
pſit et gloriã. et in monaſterio de oi
gnies ad regularẽ ordinẽ venit. de
hoc beato viro quedam vidim⁹ et
quedã audita narram⁹. vix vnq̃ȝ in
dulſit ocio vel quieti q̃n ſemper in/
defeſſe in reuocatione animaꝶ pere
untium laboraret. et vide zeluȝ. Eo
diutina et graui podagre moleſtia
laborante quidaȝ nominatiſſimus
phiſicus a ſuperioribus partib⁹ gal
lie vt euȝ in ꝓprijs expenſis curaret
aduenit. Cumq̃ȝ a medico quereret
quantũ ſe tpis expendere in morbi
remedium oporteret. Reſpondit. ꝑ/
fectiſſime inquit infra menſes quat
tuor vos curabo. Mox ille tibiã ma
nu ꝑcutiẽs clamoſe dixit. heu me mi
ſerũ tũc ſi ꝓ iſta. cũ deus voluerit i
ꝓximo putredine reſoluẽda. a p̄di/
catione et ſalute hominũ etiã trib⁹
ebdomadib⁹ ceſſem. et anime quas
xp̃us precio ſui ſanguinis emit per
me interim liberãde a demonibus
diſtrahant. Uos autẽ magiſter ca
riſſime ad patriam redire poteritis
cũ placebit. bonã voluntatẽ veſtrã
ac labores xp̃s vobis ip̃e reſtituet.
Ip̃e quideȝ beatiſſim⁹ homo adeo
pius cũ zelo aiaꝶ in paupꝭes fuit vt
cũ qd̃ daret paupib⁹ obuijs nil ha
bẽt. ſpeciali infirmitate ſp ꝓ defectu
muneris torquebat. et tũc ꝓ corpo
rali elemoſina ſpũalis bñficij orõeȝ
ꝓ eis ſupplicit̃ exoluebat. Proinde
lector ↄſidera zelum quẽ habebat.
Agoniſabat in morte eo veſpe quo
nocte eſt defunct⁹. Et ecce vir vag⁹
et nud⁹ ex his q̊s ribaldos dicim⁹.
in exteriori parte dom⁹ venit qua il
le interius decũbebat. Rogauit ille
vag⁹ de ↄfeſſione colloq̃ ſancto viro
ȝ ei reſponſũ eſt ꝙ nõ poſſet. Meſto
illo recedente quendã ex circũſiden
tib⁹ aduocat vir beat⁹. Reducite il
lũ inq̃t ad me quẽ repuliſtis. H au/
dito mirati ⁊ ↄfuſi om̃s hoieȝ redu
xerũt. q̃ cũ om̃i diligẽtia facta ↄfeſſi
one. et abſolutiõe ſuſcepta. receſſit.
Et dixit om̃ib⁹ vir beat⁹. Nollẽ ꝓ
mille marcis auri me hoiem nõ au/
diſſe. Et vide quo fructu. vix eni per
q̃rtaȝ parteȝ leuce homo receſſit a
domo. tũ ecce repẽtina morte ꝑcul/
ſus cecidit iã defunct⁹. Nec mora in
ſeq̃nti nocte viro ſãcto migrãte ad
dñm accidit qd̃ ſubiũgo. In vlteri
orib⁹ ꝑtib⁹ anglie q̃daȝ vir ſanct⁹ ⁊
bon⁹ p̄dicatiõis officio p̄minebat.
Eo aũt in ſtatione publica p̄dicãte
q̃daȝ peccatrix mulier amariſſime
ↄtrita vt patuit in ꝑp̃ſo cũ lacrimis
exclamauit. Miſerẽ mei ſerue dei. au
di miſerã et abſolue me a pc̃cis. tũc
ille vt potuit eã ↄpeſcuit. et vſq̃ȝ p⁹
finitũ ſermoneȝ expectare precepit.
Quid plura. Iteꝝ paululum cũ cla
more ſurrexit. et petijt mox audiri.
ȝ cũ iã finiendũ ſermonẽ ꝯ mitteret

predicator.et illa parū ꝗeſceret. ſur
git iā tertio clamat horrifice. cadit
in faciē et expirat. Turbatꝰ ergo nō
modice cū ꝓpꝛ̄io p̄dicator orat oēs
pn̄tes cū lacrimis orare dn̄m vt ali
cui q̄d ſit factū de aīa peccatricis
oſtendere dignaret̄. Interim ꝑ tres
dies clauſus in cellula p̄dicator nil
dormiuit neq; guſtauit. ſ; cōtinuus
in orōne ꝑmāſit. Tertia ergo nocte
aīa defuncte lucidior ſuꝑ ſolē appa
ruit preſtolāti. Abſū inq̄t aīa ꝓ qua
oras.ab omni pena ſoluta ſū. nihil
reſtat niſi ad ſuperos ſtatim auola
re. Tūc illo nimiꝝ interiꝰ heſitāte re
ſpondit aīa. Hoc ſignū tibi ꝙ non
deciperis. Quidā mgr̄ iohānes in
partibꝰ brabācie in monaſterio ma
rie de oignies leodienſ dioceſ iſta
nūc hora abijt.et ſicut in vita ſemꝑ
ſuꝑ afflictos et pauperes pius fuit.
ita et nunc cū poſt mortē añ locum
purgatorij in quo cū innumerabili
multitudie detinebar. eiꝰ felix aīa
ab angelis deferret̄ ⁊ ibidē multos
recognoſcēt q̄ꝝ auctor ſalutis exti
terat. pietate ꝯmotꝰ ꝓ eis ſupplicit̄
dn̄m exorauit vt a pena purgatorij
ſoluerent̄. Nec mora exauditꝰ a do
mino et nō tm̄ ꝓ illis ꝓ quibꝰ oraue
rat. veꝝ etiā cū alijs multis et ego
pariter liberata ad celos in maxia
gloria ſit ſuſceptꝰ. Hec dicēs aīa
ab oculis mirātis euanuit. Ipe ꝟo
in tranſmarinis ſtati directo cū lr̄is
nūcio.ſic aīa ꝓ ſigno dederat diem
horāq; beati viri migrātis inuenit.
Vide gͦ lector q̄nta gloria digni ſc̄
q̄ in ſalutē ꝓximoꝝ fideles exiſtūt.

De virtute orationis. Ca.xxxi.

Nocte in expeditione depre/
henſe excubant ſupine. vt
alas a rore protegāt. Nox
in ſacra pagina ꝓ ignorantia poni
tur Si ergo in ignorātie via ꝑ quā
ad xp̄m ꝑgas incideris. excuba in
orōne ſupinꝰ. erigas oculos et ma
nus ad celū donec eluceſcat ſplēdor
in tenebris et viā dirigas ad opta
tū. Idem facias ſi noctem vel tene
bras incideris peccatoꝝ.ſed ſi ocu
los cū publicano leuare non audis
inuita ſanctos.angelos interpella.
vt deū tibi mitigent ꝓuocatum vt
ſm ꝓphetā dn̄s exaudiat celos.ce
li terram.et terra te. Sicq; etiā in/
terſcalariter ꝓueharis ad gratiā
et ſpe certiori q̄; ꝑus.hilaritatē pa/
terni vultꝰ attingas. Vn̄ beatiſſimꝰ
Augꝰ.in libro de vera religiōe hoc
fieri ꝯfidenter aſſerit dicēs. Quiſq̄s
angeloꝝ eū diligit certus ſum etiā
ꝙ me diligat. Quiſq̄s in illo manet
et pōt humanas preces ſentire.in il
lo me exaudit Quiſquis ip̄m habet
bonū ſuū.in ip̄o me adiuuat nec eiꝰ
participationē m̄ poterit inuidere.
Et notandū valde ꝙ auctor tāgit
in littera. Apis ideo excubat in no
cte ſupina vt alas a rore protegat.
In rore hic rigorem tribulationis.
in alis vero virtutes gratuitas et
naturales accipimꝰ Vn̄ ſponſus in
canticis querulat̄. Caput inq̄t meū
plenū eſt rore et cincinni mei guttis
noctium. hoc eſt vt dicit gloſa. Mi
noribus et grauioribus tribulati/
onibus Chriſtus caput eccleſie tu

mulatꝰ. Supina ergo .i. ſupplex pecca
trix anima in oratiõe ꝓcũbat. ne cũ
gratuitis virtutibꝰ naturalibꝰ ſpoli
etur. vt dũ gratuitis que deũ offen
dẽs ꝑdidit. adiuuari nõ valeat na/
turaliũ adminicula peccatis exigen
tibꝰ ꝑdat. Et idem fere in homine fa
ctũ eſt q̃ deſcẽdẽs a iheruſalẽ in ihe
rico incidit in latrones qui etiã ſpo
liauerũt eũ gratuitis. et plagis impoſi
tis abierũt ſemiuiuo relicto. Abla/
tis eni gratuitis a peccatore etſi na
turalia penitꝰ nõ tollant. debilitant
⁊ nõ ſicut añ homini vota ſuccedũt
Vidi hominẽ ſine ↄparatõne fere ſui
tꝑis humilẽ. feruidum caritate. ege
nis beneficiũ. ſobriũ. ſupra modum
erga afflictos piũ. in corporis caſti
gatione precipue aſſiduũ. ab omni/
bꝰ ↄtagionũ ſpurciciis alienũ. hec i
gratuitis. In naturalibꝰ vero ita e/
rit bñ et decent ornatꝰ vt nihil in eo
imꝑfectũ reliquiſſe omnipotẽs bo/
nitas putaret. Pro celibatu ergo ⁊
ſanctimonia ab omnibꝰ honoratus
q̃ ſanctꝰ iã in terra inter hoies ha/
bebat. ita vt de eo maxima quedã
quendã dicentem audire Quñcunqꝫ
iſtũ me videre ↄtingit me hominem
nõ puto videre ſꝫ angelũ. Huic po/
ſtea gradatim a rigore iuſticie vidi
mus recedentẽ. et tantã erga deum
ingratitudinẽ incurriſſe vt miſſaruꝫ
ſolẽnia audire ↄtemneret. et nullum
in eo virtutis veſtigiũ remaneret. ſꝫ
omni labe pollutꝰ nullã prorſus lu/
xuriã nullũ facinꝰ abhorreret ⁊ hoc
qꝛ alas virtutis gratuite vel natu/
ralis orationibꝰ inſiſtendo vel lacri
mis non protexit. Qualiter aũt ora
tionibꝰ ꝓtegamur beatꝰ Augꝰ. in li
bro de martiribꝰ euidenter oſtendit
dicẽs. Fident itaqꝫ fr̃es nr̃as ꝑces
ad deũ dirigamꝰ Pro nobis eni an
geli deorſum celeſtia deſcendunt vt
ꝓtegant. rurſuſqꝫ ad celeſtia ↄſcen/
dũt vt ꝓ nobis dñm petãt. vt hinc
deſideria noſtra ad ipm. et inde ad
nos diuina beneficia reportent ad
premiũ. Factus eſt aer ipe angelo/
rum greſſibꝰ peruius. niteſcit quoti
die ꝑ comitatũ ſanctoꝝ. Nil eni mã
ſit in elementis vacuũ qđ nõ chriſti
morte fuerit ↄſecratũ. Eius manus
in cruce leuate ſũt vt fideles ſui poſ/
ſint impetrare quod petũt. Feruen
ter ergo cũ fide petas et accipies. ſi
ne feruore aut fide oratio tua debi
ta virtute priuat. Verũtamẽ ↄſide
randũ eſt ꝙ in oratione vocali duo
ſunt. labor ⁊ intẽtio. ſi cũ intentione
oras loqueris cũ deo et exaudiris
a deo. Si vero ſine intentione oras
oratio quidẽ proprie dici nõ poteſt
ſed tñ labor tuus premiabit et non
fruſtrabit fructu ſuo. Multũ tamen
in fructu et p̃mio differũt orõnis ꝟ
tus et labor. cũ orõnibꝰ deo iunga
mur ⁊ in laboribꝰ partẽ qualẽcunqꝫ
penaꝝ. ad q̃s ꝓ pccĩs obligamur.
exoluere deponamꝰ. Fratrẽ in ordi
ne p̃dicatoꝝ vidimꝰ de quo ꝟitate
teſtatiſſima ferebat ꝙ dum in via
ꝑgeret ⁊ oraret ſepiſſime a ſociis vi
ſus eſt q̃ euꝫ a tergo ſequebant ad
altitudinẽ vniꝰ cubiti a terra ſuſpen
di et ꝑ aera ferri. Hoc idẽ ꝺ mortali
quam ante quadraginta annos vi

dim⁹ in foreſco brabācie mōaſterio q̄ multis annis in die penthecoſtes hora tertia dum in choro veni crea tor ſpūs cantabaẗ ad vnū cubitum eleuabaẗ a terra ⁊ vſqꝫ in finē hym ni ſuſpenſa manebat. Ne quondam in adoleſcentia ↄſtituto et querulā te ꝙ aliis deditis orōnib⁹ vacare nō poſſē. quidā ſācte vite reſpondit Ad min⁹ inquit ſꝑ ſemel in die vł no cte captes horā vel ſpaciū qua deū libera mēte deuot⁹ores et talis qui dez oratio robur ꝟtutis preſtat et iacula ſubmouet inimici. Supina er go id eſt ſupplex fidelis apis anima in oratione ꝓcūbas aut vt ꝓprios reatus aut alienos emūdes vel ꝓ/ prii ſtat⁹ pericula vel aliena demo/ ueas vel celeſtib⁹ deſideriis inherē/ do hui⁹ miſere carnis incolatū eua das

¶ De vera libertate que in xp̄i ſer. uitute comprobatur. Ca.xxxij.

Licet poſite ſint ſub lege. tñ libere ſunt. Dn̄s in euange lio dicit. Qui facit peccatū ſeruus eſt peccati Super quo beat⁹ aug⁹. A quo q̄s deuict⁹ eſt hui⁹ ſer/ uus addict⁹ eſt. Vñ q̄ꝺiu in anti/ q̄s tp̄ib⁹ poſt diluuiū innocentia in hominib⁹ pourauit. nemo inter ho mines dn̄at⁹ fuiſſe deſcribiẗ. Cū āt abundauit iniq̄tas et pax refriguit caritatis. nemroth robuſt⁹ venator h̄ eſt raptor hoies cepit deprimē et ſubiectis ꝑ pōpaꝫ ꝑncipari. Exide reges facti ſūt et totū iniq̄s legib⁹ ꝯiecerūt. Vñ btūs aug⁹. in li. de ci. dei Et q̄d magna r̄gna niſi magna latrocinia? ¶ In die quadā quidaꝫ pirata capt⁹ a nautis magno alexā dro oblat⁹ eſt. q̄ cū īt͛rogaẽt ſi ma re vellet habere infeſtū vt ꝑ q̄d pec cauerat ꝑ h̄ et torq̄reẗ. libera ↄtu/ melia inuect⁹ in alexandrū reſpōdit Et tu inq̄t. ſi totū mundū velles ha bere infeſtū. Rapinas q̄ exerceo ꝑ/ ua nauicula latro vocor. tu aūt q̄ magno nauigio imꝑator. Cui⁹ rñſi onis et inuecte veritatis audaciā in tantū et mirat⁹ et ↄplexus eſt alexā der vt piratā redderet libeꝝ Itaqꝫ lex libertatis eſt caritas quā ſi ferre volueris etiā ſub xp̄o ꝑncipe liber eris. Vñ dn̄s in euāgelio. Si vos fili⁹ liberauerit vere liberi eritis. ꝙ ſi recuſaueris ei ſubdi etiā regū ꝑn ceps ſubiiciet te diabolice ſeruituti. ¶ Et q̄dez nr̄o tp̄e in germanie ꝑ tib⁹ ſicut m̄ fraẗ ordinis p̄dicatorū narrauit et vidit. Virgo q̄dam ſan ctiſſima fuit q̄ nullis artari clauſtriſ vel ſeris potuit nullis ꝓſus vincuł ↄpedita teneri. quin mox vt ſpiritu mouebaẗ ſicut ſagitta q̄ quanto in arcu fortius ſtringiẗ tanto robuſti⁹ iaculaẗ. ita ſolutis clauſtris vīculis qꝫ diruptis inſtar auis quaſi per ae ra ferebatur. Vnde diciẗ. Vbi ſpi ritus domini ibi libertas Sed illud notum omnibus ſolenne miraculuꝫ dicebaẗ ꝙ ſacra virgo videntibus multis frequenter exibat in campū et aues indomitas cuiuſcūqꝫ gene ris clamorib⁹ cōuocabat. et ī medio eaꝝ q̄ gallina inter pullos ſingł as manu demulcēs ⁊ ocuł r̄ſidebat. q̄d

miri In illa innocentia perſtitit. a q̄ Adam lapſus ꝑncipatuȝ animaliū perdidit. que ei deus ꝑ obedientiā in prima creatione ſubegit. ¶ De libertate dicit phūs. Nō pōt gratis conſtare libertas. hāc ſi magno eſtimas omnia parua eſtimanda ſunt. Multa nō quia difficilia ſunt nō audemꝰ. ſed quia nō audemꝰ difficilia ſūt. Libertas nihil aliud eſt q̄ȝ aīmꝰ quodāmodo ſe ip̄m habens. O q̄ȝ magnis homines tenent̄ erroribꝰ q̄ cauſa dominādi maria cupiūt ꝑmeare. ignari ꝙ ſit ingens par q̄ȝ celis regnū. Imperare ſibi. maximū ē imperiū. Rebus habitis. hilariter vti. pars eſt libertatis. Beneficiuȝ accipere. eſt libertatē ꝑdere. et niſi incūbat neceſſitas de facili nō mēdices. Sapiens ſe ɔtentꝰ eſt. nō vt velit eſſe ſine amico ſȝ vt poſſit. Ea ſola putamꝰ emi ꝓ quibꝰ pecuniā ſoluimꝰ. Ea gratuita vocamꝰ ꝓ quibꝰ nos ip̄os impendimꝰ. adeo nihil ē cuiq̄ȝ ſe vilius. Sepe maximū precium eſt pro quo nullū dat̄. Noſtri eſſemꝰ ſi alia noſtra nō eſſent. Qui ſe habet nihil ꝑdidit. Omēs ad hoc nobiles ſumꝰ nec pauperes abijcit philoſophia nec diuites eligit. Bona mēs nec cōmodatur nec emitur. et puto ſi venalis eſſet nō haberet emptorē et mala mens quotidie emitur. Animus nobilem facit. Ex quātacunq̄ȝ cui ɔditione licet ſupra fortunā ſurgere. Nō deformitate corpis fedat̄ animꝰ. ſed pulcritudine animi corpꝰ ornat̄. Sicut nec vlla ɔditionis ſeruitute ſubijcit̄. ſic intra ſe fruēs libertate ad nullū ſui cōtrariū cogi pōt Subdere igitur apl̄s anima fidelis vt libera ſeruias regi xp̄o ne tibi dominet̄ diabolus tanq̄ȝ ſeruo

¶ De electione prelatoꝝ a ſubditis. Ca. xxxiij.

Sicut regem ordinant ſic et populos creant. Nemo enī ſibi aſſumit honorē ſicut dicit apl̄s ſed qui vocat̄ a deo tanq̄ȝ Aaron Vocari autem a deo dicit̄ qui voluntate diuina canonice ab his quoꝝ intereſt dignꝰ eligit̄. Reges dico iudices vel prelatos ⁊ ve illis quoꝝ indigni electionis ſuffragio ſuſtollunt̄ Eis fiet ſicut in libro iudicum dicitur. vt ignis egrediat̄ de ramno ⁊ ſuccendat ligna ſiluaꝝ O quotiens probleuma iſtud etiaȝ iſto tempore videmus impletum. Creant miſeri fatuellos et ſimplices et omnis virtutis obliti genus tm̄ reſpiciunt. non perſonam Et vide q̄liter illis rependitur iuſta merces. Iſti quidem dignitatis apice roborati. quid ſit iuſticie virtutis et iuris non curant. fas omne contemnunt graſſantur in clericos et laicos debachantur et cum horum vlterius rapine non ſuppetunt. proprie eccleſie manus imponunt. et ſuos creatores impios ſpoliātes. eos magis q̄ȝ alienos et turpius execrantur. Hoc in figura iſtoꝝ lib. ſicut ex regū teſtat̄ zacharias filius ioiade ſenſit qui a ioias rege quē pater octennē regem populis prefecerat immaturuȝ. occiſus eſt. Nec recordatus eſt que ſibi pater feciſſet bona ſed eum

crudeli morte mulctauit. Et notan/
dū ꝙ dicit̄. ſicut regē ordinat̄ ita et
populos creāt. Quid ſit aūt apes ſi
deliū populos creare id eſt genera
re breuiter dici pōt. In generatione
quidez tria nccīa ſūt ꝑcipue ſcz va/
litudo ꝯgrua generātis. debita q̄li
tas in ſementina generatiōis mate
ria. matrix in ꝯcipiēte ꝯueniēs. Ge/
nerantis ꝑſonā dicim⁹ ꝑlatoꝝ. Se/
mētine generatōis materiā ꝑdicati
onis verbū. Cōuenietez in ꝯcipiēte
matricez catholice eccleſie ſinū. et ƀ
ſꝑ ſacra ydoneitate ꝯueniēs. Here
ticoꝝ eni ꝯuēticuloꝝ ſiqua dici po
terit matrx. dirupta et ſciſſa eſt. et iō
fet⁹ viuos generaē nō p̄t. ⁊ iō ꝓphe
ta yſaias ꝯquerit̄ dicens. Venerūt
filij vſqȝ ad partū et nō erat virtus
pariendi. Dicam⁹ ergo de valitudi
ne ꝯgrua generātis. Tres ſūt ſicut
dicit ariſtotiles qui inualidi ſunt ge
nerare. infirm⁹ puer et ſenex. Infir/
mus generare nō pōt ꝓpter debili
tatez ⁊ defcm v̄tutis actiue. Quos
ꝑ infirmos accipim⁹ niſi illos q̄ lan
guent in vicijs inualidi ad v̄tutes.
Velle q̄dez bonū p̄n̄t ſic̄ dicit apo/
ſtol⁹. ꝑficē aūt nō valent. Iſti ergo
ꝑ ꝑdicatiōez ſpūales filios genera
re ydonei non ſūt ſic̄ eis dn̄s ꝑ pſal
miſtā improperat dicens. Peccato
ri aūt dixit deus. Quaē tu enarras
iuſticias meas et aſſumis teſtamen
tū meū ꝑ os tuū. Et vide cauſā. Tu
vero odiſti diſciplinā et ꝓieciſti ſer
mones meos retrorſum. Indign⁹ ē
ergo qui verbū ore ſeminat et ma
nu diſſipat. Scđo generare nō pōt

q̄ puer eſt ꝓpter crementū qꝛ ſemen
tine generatōis matīa trāſit puēis
in cremētū. Et in ſignū h⁹ dn̄s ih̄s
cū fact⁹ eſſet ānoꝝ .xij. inuent⁹ eſt in
medio doctoꝝ non docens ſȝ audi
ens et int̄rogās eos. Et illđ quod
lucas de eo in actib⁹ apl̄oꝝ ſcribit.
Cepit ih̄s facē et docē. et ꝑmo ſcilȝ
facē et poſtea docē. Comedē ergo
ꝑmo iuniores. i. icorꝑaē ſibi ad icre
mentū v̄tutū. ƀm ezechielē volumen
dn̄t ſacre ſcꝑtuē vt i ore eoꝝ ꝑ ꝑdi
catōz fiat optūo tꝑe tāq̄ȝ mel dulce
Terti⁹ q̄z. i. ſenex. generaē nō pōt. ⁊
hec cā. qꝛ natā nō p̄t i eo digerē ſā
guinē ſeialē. vn̄ in libro regū dicit̄ ꝙ
rex dauid ſenuēat et caleſieri nō po
terat dū coopiret̄ pellib⁹. Natural̄
eni virt⁹ in ſenib⁹ a rigore deflectit̄
et neceſſe eſt vt duz organiſm⁹ cor
poris q̄ſi fornax ad iſtrumētū igniſ
deſtruit̄ feruoris et ſēſus q̄litas mi
nuat̄. Si eni veꝝ eſt qđ magn⁹ ille
grāmaticus dixit. Quāto iuniores
tāto ꝑſpicatores ergo ex ꝯſequen
tia veꝝ eſt q̄to ſeniores tāto tardi
ores. Sȝ in libro q̄rto regū dicitur
ꝙ aſa rex iude in ſenectute doluiſſȝ
pedes. ⁊ hoc affectuū qui vtiqȝ fiūt
in ſenenib⁹ circa ſalutem ꝓximi tar
diores. Calor eni feruide caritatis
cauſa eſt vt ƀmo exhortaciōis in ꝑ
dicante apte et bene digeſt⁹ vtiliter
auditorib⁹ ꝓferat̄. qđ vix ⁊ ſine di
uino miraculo in ſenibus qui a .lx.
vel ſi in longū a .lxx. annis ſenſibus
minorātur. fieri ꝓrobatur. Qđ āt
de beatiſſimo patre auguſtio legit̄
teſte poſſidio calamenſi epiſcopo.

qui ſenectute longa ↄfectus verbū dei vſq͂ ad extremam ip̄m egritudinē impretermiſſe alacriter ⁊ fortiter ſana mente ſanoq͂ cōſilio in ſancta eccleſia predicauit mēbris om̄ib⁹ ſui corporis incolumis ītegro aſpectu atq͂ auditu. dormiuit cū patrib⁹ ſuis diuine virtuti potius aſcribendū eſt q̄ȝ nature. Et in tp̄e tranſacto et certe in preſenti. ſimile nō videmus Tertio neceſſaria eſt qualitas in ſementina generatōis materia vt ſcȝ in eo tp̄antia caloris ſit frigiditatis ſiccitatis et humiditatis. Vn̄ dn̄s dicit in euāgelio. ſemē eſt verbū dei In ſemine aūt predicationis neceſſe eſt vt predicator ſermonē ↄtēperet audiētib⁹. ne exceſſu feruoris et zeli erūpat in talia p̄ que ſcandaliȝ et turbet aut ꝓuocet audientes. vn̄ pſalmus inſtruit dicens. Et bn̄ pacientes erunt vt annunciēt pacientiam. volens intelligere in predicā. ibus moderamē. Hoc idem ceteris exceſſib⁹ caueat̄ ne tepor aut frigus in verbo. ne ſine humore gratie ſiccum ne ⁊ humidū nimis. hoc eſt ꝫm ꝓphetā aqua id eſt ſeculari ſcientia mixtū. minus reddat intentos et ſolicitos auditores. Diſcant ergo apes fidelium reges id eſt prelatos idoneos ordinare qui per predicationis ſemen cōueniens poſſint adoptionis populos generare.

¶ De perverſa et iuſta iuſtitia. Ca. xxxiiij.

Perogatiuū examē iudicij tenēt. Incorrigibiles necāt caſtigant mox et morte puniunt. Quid miri! Audi quid dixerit Joſaphat rex iſrahel iudicib⁹ populi quos cōſtituit. Videte inquit q̄d faciatis. Non hominis exercetis iudicium ſed dei. et quodcūq͂ iudicaueritis in vos redūdabit. O q̄ȝ horrenda ſententia in illos qui peruertunt vel peruertere p̄mittūt iudicia. ꝫm ꝓphetaȝ iuſtificant ꝑ munerib⁹ impium. et cauſa vidue non ingreditur ad eos. Ve ergo impijs in malum. retributio eni illoꝝ venit. quia iuſtus dn̄s et iuſticias dilexit equitatē vidit vultus eius. Si aūt dilexit iuſticias et approbationis oculo ↄſiderat equitatē. ꝑ ↄſequēs iniuſticias odit in iudicibus. et improbat falſitatem. vbi ergo iuſticiā habere nō poteris pacienter ad dn̄m cū fiducia ↄuertaris qui impunitam nequiciam ire nō ſinit et cū acceperit tēp⁹ ip̄e iuſticias iudicabit. Quid aūt ſup hoc noſtro fere tempore ꝫm q̄ a fratre ordinis predicatoꝝ audiui in lothoringia cōiuncta brabancie factū ſit audiam⁹. Monaſteriū ſancti iacobi apud leodiū notū multis eſt et acceptū. Iſtud quidam adoleſcēs ↄſobrinus maioris prepoſiti cauſa maioris deuotionis et religionis intrauit. Quod vt audiuit p̄poſitus indigne tulit. mādat abbati remitti ſibi cōſobrinū ꝑ clericos. Renuit ille. Tūc prepoſit⁹ forti manu collecta ſatellitū intrat violenter cenobiū. rapit iuuenē et nudato ſancto habitu induit ſeculari. Abbas ergo monaſterij collectis ꝑrioꝛib⁹ vel priorib⁹ ciuitatis ep̄o cōquerit̄

et totum clerum pro tātis iniurijs
interpellat. Hoc cum indignanter
audire vix vellet epiſcop⁹ et abba/
tem potius impeteret duris verbis
abbas flexis genib⁹ cū moderami
ne dixit. iudicē cōtra te o prepoſite
in terra habere non poſſum et ideo
ↄtra te deum ſummū iudicē inꝑpel/
lo vt infra quadragita dies vterqꝫ
noſtrum ↄpareat corā illo ſententi/
am pro meritis accepturis Ad hoc
preſul cachinnans cū ſuis irriſit ho
minem atqꝫ ſpreuit et repulit expro
bratū. Quid plura Quadrageſimo
aūt die circa nonā mortuus eſt di/
ctus abbas. Et cū ꝓ eo ſolenniter
pulſaret. ſedēs in balneo ꝑpoſitus.
queſiuit a circūſtantib⁹ quid h eſſet
Mox quidā ingrediēs ⁊ requiſitus
de ſonitu cāpanaꝝ. reſpōdet abba
tem ſancti iacobi iam defunctum et
pro eo pulſationē fieri tam ſolennē
Ilico r̄cordat⁹ prepoſitus quadra
geſimū diem eſſe qua ſe citatū corā
ſūmo iudice audierat ab abbate cō
ſternatus animo dixit ſuis. Cito vi
dete quid faciā. Moritur⁹ ego ſum
Comparere me hodie ſūmi iudicis
aſpectib⁹ oportebit. Nec mora. P⁹
hec verba cū balneū egredi feſtina
ret in aſtantium manus cū diro eiu
latu et vocib⁹ expirauit. Illic ꝓcul
dubio reſpōdere cōpulſus vbi cau/
ſaꝝ ſtrepit⁹ ceſſerat. iuriſperitoꝝ ad
uocatō oticeſcit. vbi nec preces nec
preciū laborabūt. Simile quid de
comite quondā hanonie fide indu/
bitata ꝑcepim⁹ qui duz vellet in ec
cleſia ſancti iohannis in valentenis
canonicos expellere regulares et ꝓ
eis ponere canonicos ſeculares ab
bas eiuſdē loci ad ſūmuz iudicē ap
pellauit. Appropinquāte aūt appel/
latiōis die cū abbas inciperet infir/
mari et ſe ad ↄparandū corā ſūmo
iudice orationis inſtantia prepara/
ret ipſeqꝫ comes ſub eodē tempore
ſentiret incōmodū cauſe ceſſit omni
mode diem veridit⁹ iudicij et ſentē/
tiā expectare. Et nota in ꝑuerſione
iudicij duo mala. Vnū ꝙ offendūt
deū. et vnū ꝙ offendūt ꝓximū. pri
mū fit mandatū dei tranſgrediēdo
ſcōm ꝓximo iudiciū ſubtrahendo.
Retributio ergo eius veniet vt of/
fenſam dei etiāſi hic penituerit ꝑ af
flictionē corpis luat et offenſaz ꝓxi
mi quā ꝑ iudiciū iniuſtū incurrit dā
nis eius ſatiſfaciendo reſtituat. Idē
eni iudico quod manu diripere. vel
ſi impenitēs ꝑſeuerat penā ꝓ vtro/
qꝫ perpetuo damnat⁹ exoluet. Qua
fronte in futuro illo extremo et tre/
mendo iudicio ipm iudicez expecta
bit qui hic tꝑaliter iudex eū ꝑ inuer
ſum et falſum iudicium irritare non
timuit! Quid ſit aūt tenere iudiciuz
ad illos maxime ſpectat qui iudica/
re et corrigē debent exceſſus ⁊ ope
ra ſubditoꝝ. Vnde dicit incorrigi
biles eni necāt caſtigāt mox ⁊ mor
te puniūt. Cui⁹ exēplū in ꝑmo libro
regū inuenies vbi heli ſacerdos cō
tra legē excedētes filioſ nō correxit
et cū eis in vno die vindictā crude/
liſſime ſed iuſtiſſime aniaduerſiōis
accepit Quod verit⁹ in vtroqꝫ qđ
dictū eſt de iniuſtis iudicibus et de

his qui ſunt circa correctionem ſubditoꝝ incorrigibiliũ negligentes.

Comes quidam iuſtiſſim⁹ iudex vt certa relatione didicim⁹ in ꝓpriũ filium et vnicũ tale iudiciũ fecit. Decubuerat comes annis duob⁹ aut tribus languens. et vna dieꝝ filio ei⁹ virginem opprimente clamor populi p ciuitatem validus excitať. Quo clamore pater attonitus inquirit q̄ cauſa ſit. Negant ꝑmates qui aſtabant ꝫ tandē minis territi intimant veritatez. quo detecto vultu diſſimilante cũ lachrimis peciit ab aſtante ſeruo cultrũ exacuatũ et longum q̄i vellet ſibi vnguiũ excrementa reſcindi. Nec diu immorat⁹ cũ vix ſex horaꝝ ſpacio interiecto filiuz precepit aduocari Quo veniente ⁊ propius accedente dixit pater. Nunq̄d noſti ꝙ ſim dñs terre et tu me ſuperſtite et viuente in ꝯfuſionez mei ⁊ tui opprimere virginem voluiſti. Abſit vt te talem heredem habeam et te talē poſt me terre dominũ relinquam.

Hoc dicens ſubito eum in corde cũ cultro percuſſit. nec quatuor dieruz poſt hoc ſpacium interceſſit cum ecce comes mortem ſibi imminere reſpiciens quendam ſecreti ſui conſcium mandauit abbatez. Cui cũ confeſſus eſſet et peteret corpus chriſti et nihil in confeſſione de occiſione filii tetigiſſet abbas nolens eũ abſoluere et ꝯmunicare quare tantuz ſcelus filicidii confitens omiſiſſꝫ queſiuit Cui comes mira conſtantia reſpondens dixit. Abſit vt illum reputem paterni principatus heredem. licꝫ genitũ carne mea qui cōtra fas auſu nefario iuris violator exiſtens ſe dignũ fecit mortis iudicio et omni iure ſucceſſionis indignũ. Nec vere ergo pater filium ſed legũ violatorem occidit. Tu autē abbas vicarius iudicis dei contra legem me iudicas que deutronomii libro teſte in necem paterni filii primas parentum manus eſſe precepit. Unde ad xp̄i iudicis tribunal appello vbi ſine tua abſolutione facti huius aſtare volo. et certus eius iudicium expectare. Hoc ſoluz peto vt pixidē aperias dominici ſacramenti et me ſalutare dei oculis tm̄ videre ꝑmittas. Quod vbi annuit abbas hoſtia ſalutaris mox ſe ori comitis patenter infudit. et eum iuſtum prerogatiui examinis iudicem et rectiſſimuz vindicte ſcelerum comprobauit.

## De virtute innocentie et ſimplicitatis. Capitulum. xxxv.

Miro modo innocue ſunt. Illum vtiqꝫ apes fideliuz imitantes qui ſm ꝓphetaz peccatũ non fecit nec inuent⁹ eſt dolus in ore eius Rara res eſt iſtis temporibus etiam in pueris qui nomine ⁊ facie innocencie puritatez oſtendũt puritatis innocentiā inuenire. Sed etatē ſupplente malicia luxuriis in ſe vires exhauriunt ante tempus ideo decus omne deperiit robur elanguit in adultis. facinoroſi quiqꝫ preferunt palmam. virtus obiecta ſuccumbit in fratricidiis reuiuiſcit. Abel innocens de nouo proſternitur.

Nõ eſt qui reputet puritatē et ideo
ſectator innocencie rariſſim⁹ inueniť
His quidē ſi ſoli eſſēt principes ob
norij ſeculares . poſſet vtiqꝫ ſed tñ
cuꝫ gemitu tolerari. Sed in illis eſt
cū deteſtatione maxima ↄſpuendū
qui ſunt loco apoſtoloꝝ diſpēſato/
res eccleſie qui deſpectis innocenti
bus et probatis. nō ponderāt pro
mouere impium ſi euꝫ videāt ⁊ ver
ſutuꝫ. Non ſic vilis deo innocentia
creditur qui ab initio mūdi innocē
tem .enoch a ſeculo trāſtulit. noe iu/
ſtum ſeruauit. abraham ampliauit.
eſau reꝓbauit. iacob dilexit. ioſeph
innocuū toti mundo prefecit Inno
centiā puritatis in matre xp̄us ele/
git. In innocentibus coronauit. In
baptiſta laudauit. In iohanne dile
xit. In illis q̄s vocauit ad ſe et com
plexus eſt paruulis ↄmendauit di/
cēs. Sinite paruulos venire ad me.
taliū eſt eni regnū celoꝝ. Et q̄d di/
cam? Tempus me potius deſereret
q̄ꝫ exempla. qm̄ quicūqꝫ dn̄o placu/
erūt aut ꝑ vite ꝑfectionē poſt lapſū
aut ꝑ vite innocentiā añ lapſū. aut
certe ad vite puritatē poſt lapſum
redierūt ‖ Quid aūt in ↄfinio bur/
gūdie ꝑ innocentiā actū ſit vt a frē
ordinis minoꝝ ꝑcepim⁹ referam⁹
Antiquiſſimo more ſeruatū eſt in or
dine ſancti benedicti a cunabulis fe
re pueros indui et ſic eos in ordinē
ꝑ vite innocentiā educari. Quo cō/
tra ſepius actū tñ audiuim⁹ nec ap/
probam⁹ ꝑ oia pueꝝ rōnis expertē
fouere quod neſcit. ſed poti⁹ adultū
quēlibet qui poſſit diſcrete reproba
re quod diſplicet. ⁊ electione digna
approbare quod placet ‖ Puer qui
dam in ↄfinio burgūdie fuit qui in
mōaſterio ordis ſci benedicti apud
cluniacū ab ip̄is cunabulis innocen
tiſſimus ac ſimpliciſſimus adoleuit
Adultū ergo iuuenē abbas ſuus ꝓ
r̄creatiōe vl̄ ioco ſecū ꝓficiſci extra
precepit Sufferrandoꝝ ergo equo
rū cauſa abbate cū ſuis añ domum
ferrariā deſcendēte. mirat⁹ ex ſimpli
citate iuuenis eo ꝙ nunq̄ꝫ tale q̄d
viderat ferruꝫ candens nuda illud
manu ſine aduſtione aliqua vel leſu
ra eleuans ↄtrectauit. Stupefact⁹ er
go abbas ⁊ omnes qui p̄ntes ade/
rant innocentiā in iuuene venerati
ſunt ⁊ rem iterato ac pluries proba
uerūt. Poſt hoc abbate cū ſuis ali/
as occupato iuuenis mox interiora
domicilij eſt ingreſſus vbi vxorē fa
bri cū puero ſuꝑ genua mirat⁹ inue
niēs cū paruulo cui nunq̄ꝫ ſimile vi/
derat iocabať. Ilico aūt mulier in
iuuenē q̄i inexpertū malicia ſtimula
ta. ſi talē habere vellet inquirit. Et
ille libentiſſime inq̄t. Que mox neſci
um ad ↄcubitū inſtruēs pueꝝ ſic fie
ri ꝓmittebat. Ergo vbi iuuenis p⁹
ↄcubitū innocētia ſpoliat⁹ egreſſus
eſt. ferrū cādens vt ꝑ̄us exiſtimans
ↄtrectare aduſt⁹ grauiter exclama/
uit. Qua i re turbat⁹ abbas nō mo
dicū admirat⁹ aiaduertit ex interio
ri leſura aie iuuenē foris leſū. ⁊ ꝑ̄ori
innocētia q̄ eū ↄtra ignē ꝓtexerat
denudatū Reductū ergo ad mona
ſteriū iuuenē abbas ſuꝑ geſtis dili
genť inq̄rit v̄itatem q̄ꝫ ſimpliciſſime

ᶜonfiteť. Et ſic cum multis lachry/
mis dāmnū ſuum tremebundus ex/
pauit. ¶ Sed et potentem contra
demones puritatem mira geſta iuli
ane virginis ⁊ cipriani teſtanť. Ubi
ciprianꝰ adhuc puer a magiſtro ſuo
compulſus legitur .xviij. annis puri
tatem virginalis innocencie cuſto/
diſſe vt per hāc maiori potentia cō
tra demones et imperio potiretur.
Super hoc quoddaz valde memo
rabile certiſſima relatione ab his q̄
p̄ntes aderāt ⁊ viderāt i machlinia
opido brabancie ꝑcepimꝰ accidiſſe
Puella q̄dam ſacro die dn̄ico cū iu
uenibus choriſauerat diu valde. fa/
tigata ergo domū redijt. Nec mo/
ra dormitū pergens demone fit re/
pleta. qua clamante ſurgit familia.
ligant vinculis ſeuientem. Mane in
hanſivic ad oratoriū glorioſe virgi
nis extra opidum deportatur. Fre/
quenter eni ibidem maria virtutum
operatrix miracula plurima demō/
ſtrauit. Quod vbi ſcolares pueri ꝑ
ceperant ad locum vbi vexabatur
puella in oratoriū cucurrerunt. quo
rum vnus annoꝝ ferme duodecim
audacior ceteris atq̄ȝ ſagacior ce/
pit compellere et adiurare demoni/
um vt corpus obſeſſum deſereret ⁊
exiret. Nec mora. vbi demon circa
vmbilicum per tumorem ſe eſſe mō/
ſtrauit. dictus puer crucem cū polli/
ce in ꝯtrariū fixit et ſic paulatim ꝑ
crucem verſus os aſcendere compu
lit donec eū in ſpeciē hirſuti vermis
om̄is populus intra hiatū oris he/
rentē vidit Quo miro conatu ad in
feriora redire volente clamauit po/
pulus. puer inſtanter ſignuȝ ſalutis
oppoſuit et cū maxima violentia de
monē exire coegit. Eiectum ergo vt
diximus in modum hirſuti vermis.
puer audacter dextēa compḣendit
et in foſſam paruulaȝ vbi pluuialis
aqua conſederat mox proiecit. Qui
ſtatim in oculis plebis totius diſpa
rens. leticie et laudis omnibꝰ mate
riam dereliquit. Proinde manꝰ pu/
eri a contactu vermis nigredine in/
fecta remāſit. ſed protinus aque be
nedicte lauamento diſceſſit. Sacro/
ſancta ergo res eſt eſſe ab omni la
be criminū innocentem ſed ſimul eſ/
ſe ꝯuenit ſimplicem et prudentem.

¶ De innocentia boni hominis et
iuſti qui nemini cupit nocē ſed om̄i
bus prodeſſe. Ca. xxxvi.

Fructibus nullis nocēt. ſed
nec mortuis quidem. Xp̄s
de patre dicit. Omnem pal/
mitēm qui fert fructum purgabit eū
vt fructū plus afferat. Recte auteȝ
ſubdiť. nec mortuis q̄dem ſubaudi
nocent. Et hoc eſt q̄d in euangelio
de xp̄o rege fideliū ſignanter legiť.
Calamū quaſſatū nō conteret et li
gnū fumigās nō extinguet. Quod
⁊ ad nos moraliter referri pōt Fru
ctibꝰ nullis nocēt. i. fructificantibꝰ ꝑ
bona opa nocē nō debemꝰ vt impe
diamꝰ eos in aliquo ȝ potiꝰ adiuue
mꝰ vt eoꝝ exēplo ad ſilia ꝓuocemur
Un̄ ſalomō in ꝓuerbijs Noli ꝓhi
bē eū q̄ bn̄ facit. ȝ ſi potes et ipe bn̄
fac ¶ Multis modis dicitur nocere
homo homini. ſed precipue tribus.

corpus occidendo. animā ſeducen/
do. vitaz infamando. Corp' tripli
citer occidit. gladio materiali vl' cō
ſimili vt cayn abel. ſubdola ꝓditio
ne vt iudas xp̄m. victus ſubtractio
ne vt qui tpe neceſſitatis et famis
negādo victū pauperes ꝑire ꝑmit/
tunt. de quo dicit in decalogo. Nō
occides. de ſcdo in eodē. Nō feres
ↄtra ꝓximū tuū falſū teſtimonium
ſui quaſi porcellum commouentẽ ſe
et inquietius agitãtẽ. Surrexit illa
in nullo ſuſpicata dyabolum colo
quem habebat ad lectum fugare ni
titur quicq̃d eſſet. Recũbit illa iteꝝ
iteꝝ iterũq̃ꝫ ꝫ pauidius moleſtata
ſurrexit. et cũ h̃ pluries attẽptaſſet
manifeſte tandẽ ſenſit ⁊ vidit euerꝭ
ſtraminibus ꝙ demoniace prauita
tis vexaret̃ nequitia. Dimiſit ergo
lectum tota nocte ꝑmanſit in ſõnis
et cũ orare vellet demonis ſuccutie
batur inſultu. Quid plura? dixit et
vere credidi ꝙ nũq̃ꝫ añ tanta et ta
lia ꝑtuliſſet Mane facto cum p̄dicta
mulier communicata fuiſſet. Criſti
na ad eaz veniẽs renũtio inquit re
nuntio pene tue Vix ſine vite diſcri
mine violentiã crudeliſſimi tempta
toris euaſi ¶ Incubus generaẽ be
da in hiſtorijs britonũ et multe alie
ſcripture teſtantur. Qua aũt ratiõe
hoc fieri poteſt nõ video niſi hac ſo
la ꝙ virile ſemen effuſũ mox in vas
muliebre cuz debita temperãtie q̃li
tate trãſfundant. ſed ſic generare ꝓ
prie incubum nõ dicim⁹. Infinitas
tñ rationes latere hũanis ingenijs
in rerũ ſecreto natre pleniſſime cõ
fitemur ⁊ pauciſſimas r̃ſpectiue ho
minum ſenſibus apparere. ¶ Hinc
de duſijs vel duſionibus que eſt ter
cia ſpecies demonũ ſequitur. Duſi
oꝝ demonum oꝑa multa ꝑcepim⁹
et ſunt quibus gentiles lucos plan
tatos antiquitas cõſecrabãt. His
et adhuc pruſie gentiles ſiluas eſti
mant cõſecratas ⁊ eas incidere nõ
audentes nũq̃ꝫ ingrediuntur eaſdẽ
niſi cũ eis dijs ſuis voluerit immo
lare. Hi ſunt etiã demones de qui
bus glorioſiſſimus auguſtinus in li
bro de ciuitate dei euidẽtiſſime ſcri
bit. qui hominũ viuẽtium corpora
vt dyane ſubito ex hominibus ra
piebant et cũ ea. deluſi homines. in
alias regiones delata vidiſſẽt que
apud ſe mortua eſtimabant illa iã
immortalia facta credebãt et in de

ozum numero cōputabant. Sic et
nos tempꝑibus modernoꝝ etiā fre
quenter audiuimꝰ quaſi in agone
moztis poſitas mulieres ſubito ra
pi ⁊ eaꝝ loco a demonibus figmē
ta deponi et ipſa figmenta ſimillia
raptis cozpozibꝰ quaſi moztua ſe/
peliri. viſas vero feminas et inter
homies ꝯuerſatas. Nunqͦ magi
in egipto cozaꝫ pharaone virgas
ſuas in dracones ꝯuerterūt. ranas
fecerūt et aquas fluminis in ſāgui
nē mutauerūt. Ut autē dicit veri/
dicus auguſtinꝰ per mundū demo
nes diſcurrentes occulta ſemīa de/
ferūt. per que ſubito figmenta ꝓce
dunt. Et vtiqꝫ illa q̄ magi in egip/
to fecerūt vtpote dracones ranas
et ſanguinem. vera ſigna fuerūt. et
hoc nō fallaciter licꝫ nequiter ſꝫ ve
raciter oſtenderūt. Quid ergo cul
patur ſi quis dixerit ꝙ demones
ſubito figmentuꝫ humano cozpozi
ſimillimū faciant et ꝓ ſublato coz/
poze ponant Quis enī dubitet de/
moēs ingenio ſagaciozi callē qꝫ ho
mines in infirmitate cꝰ libꝫ iudicaꝛ
poſſint de facili ꝯualeſcentia hoīs
vel de mozte et ſcd̄m hoc ſi ꝯualeſ/
cē dꝫ pōt eū et ad aliena trāſferre
Et hoc qͦdeꝫ ſi deōnes poſſūt. ad
tps tm̄ pn̄t et nō illud diu durabi
le figmētū ſimillimū cozꝑi pōt effi/
cē et cozpꝰ inuiſibile facē qͦd ſuppo
nūt Si enī ꝑ adiūctionem lapidis
eſtolami vel ꝑ nigromāticas incā/
tatōes aliqͥs inuiſibilis hoībꝰ reddi
pt qre nō potiꝰ opeꝛ īgenio demo
nū. In ꝑtibꝰ theutonie pleniſſima

frm ꝑ̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ atteſtatōe
ꝑcepi puellā nobiliſſimā eſſe filiam
comitis de ſuanenbozch i clauſtro
moīalū enutritā q̄ ꝑ aliqͣs hozas
a deōnibꝰ nocte rapiꝛ et in ipſo ra
ptu inuiſibilis et incōtrectabiꝉ ꝯ ꝓ
baꝛ Et hoc cū qͦdaꝫ frater eiꝰ car
nalis de ozdine fratꝝ mioꝝ expe/
riri cercius voluiſſꝫ accepit dictam
puellā ſozoreꝫ ſuā in gremio ⁊ bra
chijs eā fortiſſīe ſtrixit ⁊ tenuit ⁊ tm̄
veiente hoza raptꝰ de manibꝰ tenē/
tis inuiſibiliꝛ et incōtrectabiliꝛ tol
lebaꝛ Hoc exemplū magiſter alb/
tus fr̄ ozdinis ꝑ̄dicatoꝝ theologꝰ
in diſputatiōe ꝑiſius adduxit cum
corā ep̄o ꝑiſieñ ꝓ̄poſita qͦſtio de rap
tu mulieꝝ taliū moueretꝛ ſicut ab il
lis fide plena ꝑcepimus q̄ in diſpu
tatōne fuerūt. Mentem ꝟo trāſlati
hominis q̄liter demones alienent
videre nō poſſū niſi eo mō quo ho
mines ꝑ inergiā oꝑatiōeꝫ et men/
tis inſaniā (vt que fiāt cū eis peni
tus nō aduertāt) efficiunꝛ amētes
Cū ꝟo voluntate diuina vꝉ hoim
diligētia/ita capti a deōnibus hoi
bus reſtituūꝛ et mēti/nūqꝫ tn̄ ſic re
ſtituūꝛ in integꝝ ſanitati qui ſꝑ eo
rū coz ſuſpenſū ſit et ꝓnuꝫ ad redi
tum/ſicut illi qui ſemel amētiā paſ/
ſi ſūt facillima occaſione ad amen
tiā relabunꝛ. Vñ qͦdam referūt q̄
viderunt facies ſic raptarū q̄ pal
lida ſuꝑ macie ⁊ liuida. ⁊ oculi ma
gis inſtabiles qꝫ in non raptis.

¶ Guurtena brabācie villa eſt ſo/
lennis ⁊ nota. In hac qͦdā iuuenis
puellam virginem adamauit. Cuꝫ

ꝗ pro eius nupcijs. illius parenti/
bus loqueretur et ille renueret puel
la medio tp̄e incidit in acutam. qua
ingraueſcēte mori omnibus viſa eſt
Luctu ergo facte cāpane quaſi pro
mortua pulſate ſūt. Nec mora. iuue
nis amator puelle. de villa eadē in
crepuſculo noctis ꝑgebat ad aliaz
et cū ꝑ dumeta trāſiret audiuit vo/
cem quaſi femine lamētātis. Solici
tus ergo diſcurrēs ⁊ q̄rens/ auditā
inuenit puellā/ quā mortuaz eſtima
bat. Cui ille dixit. Mortuaz te plan
gūt tui/ et hic vn̄ veniſti. Et ecce ait/
vir ante me vadit qui deducit me.
Stupefactus ad hoc iuuenis cū ne
minē aliū niſi ſolā puellā videret au
dacter rapit et in domū extra villā
ꝓtinus occultauit. Hinc regreſſus
in villā/ amicis ſuis loquit̄. Ingre
ditur ad patrez puelle cū amicis ſe
dentē ad funus. q̄rit ſi ſibi ſuā filiaz
quā quaſi mortuam plāgebat Cui
pater āmiratus reſpōdit. Nūquid
ꝓ deo mihi es vt mortuaz ſuſcites
et accipias in vxorē. Et iuuenis/ tn̄
ait libens ſpondeas/ vt filiā tuā ha
beā in vxorē/ ſi viuā reddidero ⁊ ſa
naz. Cui pater ꝯſentiēs dictu corā
omnibus ꝯfirmauit. Mox iuuenis
releuato lintheo quo coopta puta
bat̄/ figmentū mirabile quale a nul
lo hominuz fieri potuit inuenerunt
Dicit̄ aūt ab his/ qui figmēta hui⁹
modi dyabolica inſpexerūt/ ea eſſe
interi⁹ putrido ligno ſimilia/ leni ex/
terius pellicula ſuꝑducta. Hinc re/
ducta puella eſt et patri reddita. ſa
naqꝫ poſt dies aliquot dictuz iuue
nem maritū accepit et vſqꝫ ad tp̄a
noſtra incolumis ꝑdurauit. ¶ Si
mili tp̄e mō. cū quidā in ꝯfinio flan
drie ſororē languidā et mortuā pu
tatā. ſub eadē die. an̄qꝫ ſepeliret̄ fig
mentū. inter arūdineta iuxta maris
litora repperiſſet ſ duxit eā ad ꝓpria
et ingreſſus domuz vbi ab amicis
q̄ſi mortua plāgebat̄ diſcooptū fi/
gmentū extracto gladio in fruſtra
ꝯcidit horrētibus cūctis et clamā/
tibus cur in funus ſororis tāta cru
delitate ſeuiret. Et mox ſubridens
Crudelis inquit videor in ſororem
Nō ē illud ſororis corp⁹. ſꝫ figmētū
et illuſio demonū Et hec dicēs ſecū
cūctos adduxit et duxit ad domuz
ꝓpriā et eis ſororē reductā oſ̄dit ⁊
hec vſqꝫ ad tp̄a nr̄a ꝑmanſit Quis
nō obſtupeſcat in tā videlicet inex/
plicabilē caſū rex ordinē et ratiōez
nature ſuper id qd̄ eſtimari poterit
variari. Ego quidē talia fieri ꝑmit
tente occulto dei iudicio ꝑ opatio
nem demonū nec inficior nec cōfir
mo. Sed quia obijciētibus talia et
veriſſima aſſertione firmātibus ſb/
terfugē diſſimulaciōe nō potui. iſta
mihi narrata et inculcata conſcripſi
et alijs diſcutiēda reliqui. Gratius
tn̄ diſputātē et determinātem ſuꝑ
premiſſis lr̄atiorē aliquē et magis
exꝑtū optarez audire q̄ꝫ de his ꝓ/
prio ingenio temē diffinire. Interro/
gaui ſuꝑ hoc ſupradictū magiſtrū
albertū ſed ille diſſimulauit ⁊ nolu
it aliq̄t diffinire. ¶ Quō etiā in mō
tibus idez demones duſij habitaē
dicantur et ſeducere ac dementare

deceptos maiſeſte mõſtrabo. anno
ab i carnatõe dñi. M.cc.xxxi. p̄dicā
te in theutonia mgr̄o ōrado ōtra
hẽticos et ab eiſdem felici morte p̱
empto. hẽtic⁹ q̃dā vt p̱ frēz ōradū
ꝓuicialē frm̄ p̄dicatoꝝ p̱ theutoni
am añ multos ānos ſuſcepi ſeduct⁹
a dẽonib⁹ frēz quēdā ordis p̄dica
toꝝ ad hẽſim inuitabat Quē cū vi
derz inſtātiſſime r̄nitētē dixit fratri
Pertinax valde es in fide tua. nec
tñ de hac niſi p̱ ſcriptaz q̃pā aliq̃d
certi⁹ inſperiſti. Credē aūt ſi velles
dictis meis. xp̄m tibi et matrē ei⁹ ac
ſc̄os oculata fide mõſtrarē Mox il
le illuſionē dẽonū ſuſpicat⁹ volēſtā
dē ꝓbaē q̃d eſſet. non imerito inq̃t
tibi tūc crederē ſi ꝓmiſſa duceres
ad effc̄m Hauiſ⁹ hẽticus diē fratri
ſtatuit. Frat' v̄o pixidē cū ſac̄mēto
corpis xp̄i claz ſecū ſub capa porta
uit Duxit g⁹ frēm hẽtic⁹ in ſpecu cu
iuſdā mõtis in āplū valde palatiū
q̃d claritate mirabili r̄lucebat Nec
mora. vt iferiori p̱te palacij p̱uene
rūt viderūt thronos poſitos q̃i ex
auro puriſſimo In q̃bus rex fulgo
re et choruſco circūdat⁹ ⁊ iuxta eū
regina ſereno vultu pulcerrima et
ex vtraq; p̱te ſedilia in q̃b⁹ ſenioēs
q̃ſi p̄riarche vel velut apl̄i aſtāre p̱
maria multitudie āgloꝝ. et hi oēs
luce ſiderea coruſcātes et nihil mi
nus q̃z dẽones putarēt Hos mox
vt vidit hẽticus cadēs in faciē et a
dorauit Dict⁹ aūt fr̄ immot⁹ ſtetit
ſ; tāto ſpectaculo vehement' obſtu
puit et mox ad eū ōuerſ⁹ hẽtic⁹. q̃re
inq̃t filiū dei intuens nō adoras.

Pronus accedēs adora quē vides
et ab ore eius fidei nr̄e ſecreta ſuſci
pies Tūc fr̄ accedens ꝓtin⁹ attra
xit pixidez et obtulit regine in ſolio
reſidenti dicens Si regina es mat'
xp̄i. ecce filius tu⁹ quez ſi ſuſceperis
te velut mr̄em dei recognoſcā Cū
hac ꝓtin⁹ voce totū illud fātaſticū
euaneſcit et ānihilato fulgore tāte
tenebre denſuerūt vt vix frater cuz
ductoē ſuo ad mõtis exitū regredi
potuerūt. Cõuerſus ergo heretic⁹
ad fidem redit et mirā demonis a
ſtutiā ſtupefactus expauit. ¶ De
q̃rta ſpecie demonum dicem⁹ quos
apl̄s ſpūalia neq̃cie in celeſtib⁹ vo
cat Et nota q̄ dicit ſpūalia neq̃tie
ad diſtinctionez dẽonuz alioꝝ q̃ ſe
corporalib⁹ apparitionibus frequē
ter immiſcent Iſti v̄o ſpūaliter ma
gis ⁊ neq̃ter atq; ſubtilius i decep
tionem et dānationē hominum de
bacchantur. Illi enim ſimplices et
ydiotas decipiunt p̱ iſtoꝝ vero ne
quiſſima et aſtutiſſia teꝑtamēta eti
am homines pfectiſſimi cadūt Illi
interduz temptare ceſſant iſti nūq̃z
Cõtra hos petrus apoſtolus ora
tionibus p̄cipit inuigilaē fideles q̄r
aduerſari⁹ vr̄ dyabol⁹ tāq̃z leo ru
giēs circuit q̃rēs quē deuoret cui
reſiſtite fortes in fide id eſt p̱ opa
fidei reſiſtamus. Circūire autez dy
abolus dicitur vt ſi ſuperare non
poſſit in vno. vexet te tamen vt ſuc
cumbas in alio. vel ſi ad horam ei
in temptatione reſiſtitur. nihilomi
nus tamē ingeminare quod ſemel
vel pluries ſpreueris non veretur.

Hinc ſit ꝙ qn̄qꝫ multo tp̄e reſiſten/
tem hominem temptat. quē tandez
victū tedio virtutis ſtatim eneruat
Hinc quoddam accidit qd̄ ſine vl/
la heſitationis dubietate cognoui
¶ Erat puella quedā in brabantie
ptibus inter pceres generoſa que
in amorez cuiuſdā iuuenis per mul
tos ānos mire demonū ſtimulaba
tur inſultu· Hec cum mihi frequen/
ter cum multis lachrymis in confeſ
ſione dyabolicas inſidias aperiret
cōſului vt ſumope caueret ne nutu
aut vbo iuueni temptacōnis occa/
ſio pberetur. Et paruit illa diligen
ter vt monui. Cūqꝫ adeo grauiter
temptaret vt ſomni et ſibi perderet
appetitum accidit nocte quadaz vt
tāto demonū agitaret impulſu ꝙ
ſupueniente aurora ſurgere cogita
ret et clam adire iuuenem qui in vi/
cino manebat. Nec mora. vbi ſurgēſ
oculos aperuit vidit xp̄m quaſi pla
gis recentibus crucifixum leni ſmo
ne dicētem ſibi lingua patria. Moi.
dois. amor. ie. ſui. tres viās. liboms
lidōs. et li. tres. gēs. Qd̄ nos latie
coloratis vbis exponi⁹ Me diligas
qui ſū formoſus bon⁹ dulcis geneo
ſus. vn̄ vſus Dilige formoſū dulcē
qꝫ bonū generoſuz. Hec vt dixit re
pēte diſparuit et puellā in om̄i pace
et gaudio et graciaꝝ actōe ab om
ni temptatōne liberrimā dereliquit
Bene ꝛ verēdice de ſe xp̄s aſſeruit
diligendus ē enim p̄ omnibus quia
ſpecioſus forma p̄ filijs hominuz et
ſicut ſplēdor glorie et figura ſubſtā
tie patris. Contra de homine dicit

Omnis caro fenuz. Diligēd⁹ eſt qꝛ
bonus a quo omne bonū. Contra
de hoibus. Nemo enim. bon⁹ niſi ſo
lus deus. Diligendus eſt etiā quia
dulcis cuius labia fauus diſtillās
Miſericordia enim eius ſup omnia
opa eius. Contra de homine ſalo/
mon q̄rit. nequius oculo quid crea
tuz eſt. qui tn̄ eſt lucerna corpis no
ſtri Diligēdus eſt etiā qꝛ generoſ⁹
quē pater deus ꝯſtituit heredē vni
uerſoꝝ p quē fecit et ſecula. Cōtra
de hominib⁹ dicit malachias. Nun
quid nō pater vn⁹ omniū nr̄m. qua
re deſpicit vnuſqſqꝫ pximū ſuū. Me
rito ergo puelle iuuenē diligēti xp̄s
p hec verba ꝯcluſit et ſe potius dili
gendū formoſū bonū dulcē genero
ſū ꝯprobauit· Simili pe modo cui
dā militi ad ciſtercieñ. ordinē trāſe/
ūti xp̄s in viſiōe ꝯcluſit. Naz cū ille
grauiſſime a dyabolo ad exitū tēp
tarent et de nocte in noctē meditare
tur apoſtatare p fugaz ſemel para/
to ad exitū et quaſi ꝯmodiorez ho
rā noctis in lectulo preſtolāti ꝛ ſemi
uigilāti xp̄s apparuit in forma pſo/
nātiſſimi viri ꝛ cū ab illo q̄rēt qd ſic
iacēs habēt mali Rn̄dit ille. dolo/
rē cordis habeo ꝛ magnū defectū
debilitatis i mēbris Cui dn̄s groſ
ſum panē ordeaceū offerens dixit.
Surge ꝛ ꝯmede panē iſtū Quē ille
turbat⁹ intuit⁹. quō inqt panē iſtuz
groſſū ꝯmederē q panē monaſterij
ſimulagineum mādu catē nō poſſum
Tunc dn̄s detecto latere vulneri
pectoris ſanguine et ſanie pfluenti
ordeaceū panē admouit et tali pro

fluuio madefactū iubet ↄmedere ſā
gueſcentē. Mox ille cū horrore mē/
bris diſſiliens. heu inquit dn̄s quō
taliē pollutū ↄmederē quē ipollutū
recuſabā. Et dn̄s q̄ſi minaci vultū/
innuēs refutāti. opoꝛ3 inq̄t vt gu/
ſtu ſaltē attēptes q̄d ſapiat panis
iſte. Cūq3 ille diffugiū nō haberȝ ⁊
ſuſceptū panē tremebūdus ſūmis
vix labȷ̄s attigiſſet ſenſit in pane ſu
per oē3 ſuauitatē dulcedinem mira
bilē. quē hyanti q̄dē oꝛe ↄtrectās
totū ſubito cū mira auiditate ↄme
dit. Nec moꝛa. dn̄o diſparēte temp
tat᷒ ille ad ſe reuerſus ē et q̄d vidiſ
ſet et ſenſiſſ3 ſincero coꝛde rtractās
ab omni doloꝛe mētis et carnis tē/
ptatione ↄualuit et in magna tran
quillitate ſp̄s vſq3 in finē vite pmā/
ſit. Quid miri. Oꝛdeaceus panis au
ſteri oꝛdinis mellea xp̄i lateris pfu/
ſione linitus eſt. Sꝫ et hoc gen᷒ demō
nioꝝ/ cū aliter decipe hoīes nequeunt nō
poſſūt/ demōſtrationes in aere faci
unt/ quib᷒ ſimpliciū coꝛda in ādmira
tiōe3 inſolitā excitati/ ptātē facietiū
talia venerēt et q̄i ſup ōne miracu/
lū q̄d a ſc̄is in terra fieri videm᷒ ſic
vēaciter fit in diuerſitate moꝛboꝝ
illa ſpūalia neq̄cie q̄d ē in aere curi
oſitate gaudētes attollant. In his
rn̄dēdū ē ⁊ oculata fide mōſtrādū
ꝙ licȝ talia fieri videāt in re tn̄ nl̄la
pꝛius ſūt. ſic nec vlla q̄ ſimilia ve/
ris et ſubſiſtētib᷒ reb᷒ in ſpeculo con
tinent cū nulla tn̄ exn̄tia vel verita
te ſubſiſtant. Sꝫ ſpeculo mox obiecto
ſublato obiecti ſīltudo ſbtrahit in
vidēte. Quid āt hic ſub veriſſia at
teſtatōe ↄtigerit audiam᷒. ¶ Fra
trē hēricū theutonicū/ quōdā lecto/
rē fratrū p̄dicatoꝝ in colonia/ virū
in omni ſc̄ia cum ſanctitate ↄſpicu/
um/ de quo ſuperi᷒ fecim᷒ mētionez
atteſtātib᷒ frīb᷒ narrantē audiui.
Cū q̄dā frater nobil' genere ⁊ reb᷒
pollens de britānie partib᷒ oꝛdinē
p̄dicatoꝝ intraſſȝ apd̄ lugdunum
gallie cū frīb᷒ moꝛabat. Appropin
quāte tp̄e pfeſſiōis ſue petiuit a p̄/
oꝛe ſuo redire ad t̄rā ſuā. vt diſpo/
neret de rebus ſuis. Et ānuit prioꝛ
cū eoq3 iter arripuit. Cūq3 veniſſēt
in deſertis britānie viderūt ſtupen
dū miraculū. Et prioꝛ/ q̄d ē illud. ⁊
frat' illū ducēs ad fōtē lucidiſſimū
ſup quē lapis inſtar altaris in colū
nis marmoꝛeis locabat. aquā pri
nus ſupfudit. Nec moꝛa. ↄtenebra
to celo/ ceperūt nubes ↄcurrere/ mu
gire tonitrua. ymbꝛes ruere. fulgu
ra choꝛuſcare/ ſtatim q3 tanta inun
datio facta eſt vt circa locū ad leu/
cam vnā tota terra obrui videret.
Quod vt vidit prioꝛ/ eſt miratus ⁊
hoc audiente dicto fratre henrico/
magiſtro oꝛdis/ beate meōꝛie fra/
tri iohāni epiſcopo et alȷ̄s plurib᷒
enarrauit. Hoc idem audiui a pr̄e
meo ante ānos. xl. q̄ illis in partib᷒
ſub rege richardo anglie militauit.
Hec cū dictus frater henricus mi/
hi et multis alȷ̄s recitaret queſiui
vtrum iſta fieri potuiſſēt ⁊ reſpōdit
ꝙ ſic arte magica ignota mō homi
nibus et miniſterio demonum qui
ad tempeſtatē et pluuias aera poſ
ſunt impellere et concitare cum vo

ſunt occulto tamen dei iudicio per
mittēte. Eundem fratrem heinricū
et iſtud valde mirabile narrantem
audiui. Eo exiſtēte priore prouinci/
ali fratrum predicatoꝝ in partibus
tranſmarinis accidit vt in acconen
ſem ciuitatem gracia viſitandi fra/
tres ſecundum ordinem aduenisſet
Facta autem cena vno veſpere ſm
morem ſuum conuentū totū vt col/
lationē eis facēt extra clauſtri am/
bitum cōuocauit. Eſt autem locus
prope mare ad partem occiduaꝫ ci
uitatis. Conſidentibus cunctis ſup
mare prope litus nebula concende/
bat qua pꝰ paululū annullata appa
ruit ſup mare mons altus et diffuſꝰ
⁊ ſup montem ſtructura in modum
caſtri muroruꝫ ambitu turribus ac
palacijs decentisſima diſpoſitione
mirabilis et ab ipſo caſtro vſqꝫ ad
litus pons ingens cū multa diffuſi
one protenſus per quem ⁊ equites
et pedites diuerſi ſcematis atqꝫ fi/
gure aſcendere et deſcendere vide/
bātur. Cum igitur fratres aliqꝫ diu
tali ſpectaculo nimirū attoniti tene
rentur dixit fratribus dictus pro
uincialis frater heinricus. Surga/
mus fratres eamus ad orationem
illudit enim dyabolus oculis nr̄is
vt curioſitate nos teneat ⁊ a dei o/
pere torpeamus. Recedētibus fra
tribus aliqui curioſitate ducti vſqꝫ
in finem euentus immobiles ꝑman
ſerunt Viderunt qꝫ inſtante nocte
vt prius. maris vndas nebula ſup
ſpergi et poſt modicum nebula diſ/
pergente nullaꝫ illius ſtructure ſub

ſiſtentiam comparere. Hoꝝ ſimilia
videri antiquitus in anglie parti/
bus dicebantur ſꝫ p̄dicatione veri/
tatis figmēta nunc credimus ānul
lari. Siue igitur dormiat ſiue vigi/
let ſiue ſtudeat ſiue ambulet quis fi
delis ſm Hieronimum ſemꝑ manu
pingat crucem domini que contra
demones eſt tocius v̄tutis inſigne
Dormiētes enim ac ſi vigilarēt nō
ſolum in anima ſed etiam in corpo/
ribus vexant et eos ſurgere ambu
lare et loqui faciunt et ad facinoro
ſa ſepius prouocant et impellunt.

¶ Habui in ſcolis ſociuꝫ qui me vi
dente et audiente non ſoluꝫ facta ſꝫ
et dicta lectioneſqꝫ de die receptas
dormiēs recitabat. quod vt certus
fui vigilans nullatenus potuisſet.
Huius rei ſunt exempla plurima.

¶ De vigilante vero venerabilis
Bonifacius quōdam lauſonenſis
epiſcopus me audiente tale ꝙd nar
rauit. Erat in villa ꝙdaꝫ cecus qui
daꝫ qui vaccas tocius ville in paſ/
cuis cuſtodiebat repellebat a frugi
bus et ad certa loca paſcuis vberi
ora ducebat et quod maioris erat
ꝓdigij colēs ⁊ ſtatū ſingularū vac
carū ſpecialiter decernebat. Verbi
gracia vt ſi vaccā talis coloris ab
hoīe petuisſes ſine difficultate vac
cam talem tibi apprehenſā in corni
bus obtulisſet. Ad locū autem cuꝫ
quidam epiſcopus aduenisſet et de
ceco audisſet talia et probasſet que
ſiuit ab illo ſi confirmationis ſacra/
mentū ab epiſcopo ſuſcepisſet. At
ille. nō inquit. Nec mora epiſcopus

confeſſum confirmauit cecū et mox
ab eo vaccaꝝ diſcretio eſt ſublata
qm̄ demonū ope et miniſterio hoc
fiebat. ¶ In ſtudēte aūt quid factū
ſit a fratre ordinis p̄dicatoꝝ hoc
audiui. Frater quidaʒ poſt matuti
nas reſidere in cella voluit vt ſtude
ret. et mox vt oculos obiecit libro
dormitabat. Cūqʒ ſepius reluctare
tur nec p̄ualeret impaciēs dixit ſibi
Quid eſt ꝙ contra ſolitū tibi preua
let ſomn⁹. Et mox dyabolus ad e/
um. Nondum clauſe ſunt porte. Et
ille. quō inquit claudent̄? Et demō
A vertice vſqʒ ad pect⁹ ab aure vſ/
qʒ ad aurē. Et nota lector ꝙ in hoc
crucis miſteriū demonſtrauit ¶ Si
mili ꝑpe mō magiſter albertus the
ologus frater ordinis p̄dicatoruʒ
narrauit mihi ꝙ pariſius illi demō
in ſpecie cuiuſdā fratris apparuit vt
euʒ a ſtudio reuocaret ſed mox cru
cis v̄tute diſceſſit. Quid āt de ā/
bulatione factū ſit audiam⁹. ¶ Nar
rauit mihi frater ordinis p̄dicatoꝝ
ꝙ in itinere poſit⁹ in ſpecie ſocij ſui
qui retro ſe a via parum declinans
remāſerat dyaboluʒ vidit p̄cedere
et cū illū ſociū credēt et eū aſſequi
vellet nec poſſet tādeʒ cū villam in/
grederet̄ et ille non appareret ſoluʒ
qʒ videret ſe mire turbatus eſt. q̄ ve
ritus ſine ſocio intrare domū reſedit
merens. Nec diu poſt ſocius et ipe
turbat⁹ intrauit villā et inuenit an/
xie reſidentē. qui p̄ ammiratione ſi/
gnātes ſe et quid actū ſit conferentes
ambos ſe illuſos a demone repperu
runt. Caueāt ergo fratres predica
tores et minores ne ſancte et excellen
tiſſime inſtitutionis regulā excedē
tes ſociū nō niſi expectatū a viſu p/
cedere vel ſubſequi paciantur quia
certus ſū ꝙ iſta et multa maiora ho
rū ꝑicula de ſocioꝝ momētanea di/
uiſione frequētius euenerūt. Neqʒ
enim neſcius futuroꝝ ꝑiculoꝝ atqʒ
maloꝝ criſtus ſalutis p̄nceps huāe
extitit vel eſſe potuit q̄ binatorie
diſcipulos ordinauit experti ſūt mul/
ti. ¶ Eſt et aliud nocēdi genus Eſt
frater ordinis predicatoꝝ m̄ cōſan
guinitate coniunctus cui hoc accidit
qd̄ ſubiūgo. ¶ Jacebat vno mane
in dormitorio vigilās an̄ primā et
ecce videt demonē in ſpecie pulcer/
rime mulieris in dormitoriū venien
teʒ et turbari grauiter cepit q̄d mu
lier illic et hoc illa hora intrare ꝑmiſ
ſa fuiſſet. demoneʒ hāc eſſe minime
ſuſpicatus Nec mora. progrediens
mulier ſe iuxta fratrē in lecto q̄i riſu
iocūdo illū alliciēs collocauit q̄ ſtati
horrēs et ſignare ſe volēs nec valēs
dorſū tādeʒ ad parietē ponēs et pe
dibus latus illius cōcutiēs cū pūg/
no eius faciē ꝑcutē voluiſſet os de
mon late diffuſuʒ aperuit et a lecto
detruſus repēte diſparuit. Tantus
aūt colluctātiū fratris ipſius et dēo
nis ſtrepitus fuit vt a f̄re in ꝓximo
lecto quieſcēte et ſtupēte clarius au
diret̄. Clamare aūt frater paſſ⁹ vio
lētiā demonis cū voluiſſet vt m̄ nar
rauit nō potuit ſed tm̄ quaſi mutus
irrugijt. Et miꝝ valde q̄ v̄tute qua
arte demō hoc potuit et hoc maxie
cōtra iuuenē q̄ dei gracia plen⁹ fuit.

Sed hec queſtio citius ſoluiť ſi de
lupis beati ambroſij ſentētia in hex
ameron videať. Homo quem lupꝰ
prius videt oticeſcit et anticipatus
obtutu nocentis licet clamandi vo
luntatem habeat. non habet tamen
vocis miniſterium. deſpicit qꝫ eum
tanqꝫ victor vocis ablate. Et ratio
naturalis. lupus radijs oculoꝝ ſuo
rum immiſſis homini eius ſpūs viſi
biles deſiccat in inſtanti. quibꝰ deſic
catis ſiccanť arteree et ſic raucus ef
ficiť inſtrumento vocis obligatius
impedito Si ergo lupoꝝ natura ta
lem violentiā ꝑ ſolū ꝯtuitū habere
ꝓbať q̄n potius natura demonū q̄
mlťo ſubtilior ſagacior et potentior
eſt vt pñtia ſue malicie vocem obli/
get in homie viſūqꝫ pariter et audi
tū. ¶ Et mihi ſimile q̄d accidit per
qđ etiā iſta ꝓbanť. Accerſitꝰ ad cō
peſcēdas inimicicias q̄ inter duos
fratres carnales grauiſſime verſa/
banť cū fr̄e eoꝝ ſacerdote preclaro
iter arripui. Ubi ergo ſacra nocte
ante vigiliā paſche in cenaculo iace
bamꝰ ſpacio triū miliariū aut quat/
tuor ante diē euigilaui. et hortabar
vt ſacerdos deſcendens inferius ig
nem in candela deferret qua inſpec/
to libro matutinaꝝ officiū cantare
mus. Paruit ille. et cū candelā accē
dere debuiſſet tanto tremore cōcuſ/
ſus eſt vt ſine igne recurreret dicēs.
Ignem ad pñs nō habeo expectaē
vos diei lucem oportet. ſic ille vita
uit mendaciū ⁊ puſillanimitatis ſue
verecundiā. nō detexit Annui mox
verbis illius. q̄r ſuſcitare quempiaꝫ
illa hora de familia nō decebat Er
go vbi obdormiuimꝰ nō euigilaui
vſqꝫ ad ortū ſolis. Excitatꝰ igiť et
dolens tā diu dormiuiſſe ſurgēs in
lecto cōſedi Apertis aūt oculis ad
feneſtrā vidi q̄i ſociū meū caluo ca/
pite nudato inguine. et aſinino vere
tro velut ad vrinā faciendā demo/
nem ſtātem. Indignatꝰ ergo ſocio
meo vehementť cū eū increpare vel/
lem nō poſſem ablata voce. audiui
mox ſtertentē ſociū. quo cū ſtupore
ſurgente dixi ridens. Ecce iuxta me
ad feneſtrā in ſpecie tua cū quanta
inordinatiōe ſtat diabolus ⁊ me cō
tra te cōmouit. Hec dicens vidi q̄
malignꝰ ille ꝑ feneſtrā quaſi fumus
euanuit Dictis aūt matutinis feſti/
nauimꝰ ad locū vbi vocati pariter
fueramꝰ. Nec mora vbi ſequēti die
paſche celebrauimꝰ. predicauimꝰ et
comedimꝰ cū me vicino diuo in po/
merio ad ſomnū meridianū depoſu
iſſē et oculos clauſiſſeꝫ vt dormireꝫ
audiui eminꝰ iuxͣ me q̄i ſuſurrantes
aliq̄s ſūmiſſe tū. Uerens aūt ⁊ co/
gitans ne forte aliq̄ te expectent vt
eis ſatiſfecereꝫ apui oculos et ſurre
xi et neieꝫ videns reclinaui et clauſi
oclos. Staticqꝫ audiēs altiꝰ iā ⁊ eui
dentiꝰ murmurātes ſurrexi nec vllū
vidi. ꝫ nec tūc aliq̄d de nequicia de
monuꝫ ſuſpicatꝰ tertio me depoſui.
Nec inťſticiuꝫ aliqđ clauſis oculis
inťceſſit cū maifeſte vocē audireꝫ in
hec ꝟba. Ecce inquiūt cū q̄nta ſup/
bia vilis iſte nos facit dormiens ex
pectare. Ad hec igiť cum mox aper
tis oculis ſurrexiſſem nec aliqueꝫ in
ueniſſem conieci procul dubio de/
monum iniquitatem qui me et tur/

bare voluerunt et indiciū future ne quicie demonſtrare Quarta autez feria ſequenti infra octauaz paſche conuenerunt amici fratrum illorūz quos ad pacē reducere debebam⁹ et inter agendum tanta inter ſe fra/ tres diſcordia ſunt ꝯmoti/ vt in eo/ dem loco vbi ante demones audie raz murmurātes/ niſi maxima parē tum et amicoꝝ violētia reſtitiſſet ſe inuicez inſtictu demonū validiſſime gemiſſent. Vicim⁹ tñ dei gracia ne quitiā demonū et pacē rformauim⁹ inter fratres. Propt̄ hoc igit̄ duo ꝯſiderari poſſunt in re geſta quā re tuli ꝙ p̄ntia demonis quē primo vi di vox mihi ablata eſt ne clamarem ſecūdo aūt cū plures eoꝝ ter audiſ ſez viſus mihi ablatus eſt ne viderē Vide ergo lector q̄ntas et quales nocēdi artes dyabolus attemptet et q̄z ſollicitum eſſe hominez aduer ſus illum ſemꝑ oporteat nec frangi vllis iniurijs nec allici blādimentis ¶ Anno preſente. M. ſcz. cclviij. ꝑpe ciuitatē colonie agripinā in villa q̄ opidum regis vocat̄ quodā ſolēni die/ ingens chorea demonū in habi tu alboꝝ monachoꝝ in planicie cā pi viſa eſt vocibus altiſonis tripudi ans et exultans. Congregatis igitur cū ſacerdote ſuo hominibus ville cum ad choream accedere vo luiſſent. demones ſm ꝙ homies ap propinquabant choriſando ꝑcede bant ad fluuiū quoad vſq̄ ſe tota/ lis illa malignantiū turba in fluuiū annullauit. Et hinc q̄ꝫ nequitia de/ monum ꝯſideranda eſt ꝙ quaſi ad exemplū ſp̄ualiū viroꝝ/ ad ludū ne fariū/ choriſantiuz hominū ſimplici tatem inducere voluerūt. ¶ Videt hinc ſpiritualia mire nequicie in cele ſtib⁹ Beate memorie iordan⁹ frater et magiſter ordinis p̄dicatoꝝ gr̄a viſitandi fratres romā venerat. qui accepta bn̄dictione in domo fratrū a fratrib⁹ legit miſſam. intrauit po/ ſtea infirmariā videre languentes. et inuenit fratrē ꝯuerſuz quaſi ſane mentis eſſet tñ diligentiſſime ꝯpedi tū. Querit ergo magiſter ab illo cō pedito cauſam. reſpōdet ille aliena natū ſe fuiſſe acten⁹ ſed in aduentu eius integre reſtitutū. Credidit ma giſter ſpiritui nequicie citius q̄z de/ cebat et ꝯpeditū ſolui precepit Nec mora. felix papa honorius/ audito aduentu eius/ mandat eū facta dor mitione poſt prandiū intrare curiā facturū clero ſermonē. Hinc poſtea venit̄ ad prandium mandat̄ venire frater ꝯuerſus qui fuerat ꝯpeditus accubuit ille/ ſenſate ſe habuit Et v/ bi facto prandio et dictis gracijs. magiſtro ſtratū eſt ad pauſandum venit demoniac⁹ ille et accepto ra/ ſorio guttur magiſtri dormiētis in/ cidit. ſed nō ex toto nōduz certo lo co vulnē dato. Qui ſubito leſus/ eui gilans/ manū obiecit raſorio et du/ obus aut trib⁹ digitis vſq̄ ad emu tilatōnē vt credebat̄ leſionē accepit Expgefacto ergo in tumultu toto ꝯuentu accurrūt fratres magiſtrū quaſi ſeminecē inueniūt et elato fle/ tu cū clamorib⁹ eiulabāt Tunc por dom⁹ imꝑato ſilentio p̄cepit ne res

in ſcandalū ordinis diffunderet̄ et
ne inuerteret̄ ab emulis ſecularib⁹.
celaret̄. Uenit ergo hora predican
di ⁊ prior fratꝝ vice magiſtri predi
catur⁹ acceſſit. At vbi themate pre
libato ꝓſequi ſermonē debuit ſubi/
to reſolutus in fletū cū clamore va/
lido mugitū emiſit. Attonitis autē
omnib⁹ cardinalib⁹/quidā familia
riſſim⁹ ordini/priorem trahit ad par
tem querit quid cauſe ſit. Fatetur.
Nec mora ambo ingrediunt̄ ad pa
pā aperiūt infortuniū/ꝯclamat ad
planctū papa dicens. Heu dn̄e de⁹
quid actū eſt. hodie magna colūna
eccleſie cecidit. Quid plᵃ Accedunt
cirurgici ꝓſpiciūt ꝑtractant vulne/
ra. diuinū poti⁹ q̄ȝ humanū ſuadēt
adiutoriū cū omni precū inſtantia
poſtulandū. Tertia aūt die huius
infortunij illuceſcēte innuit magiſter
adoleſcenti nouicio vt ſibi altare p̄/
paret in occulto. Stupefactus igit̄
nec miruȝ/iuuenis priori indicat q̄d
ſibi precipit̄ qui quaſi rapt⁹ ſtupore
nimio currit ad magiſtrum querit ſi
deliret an falſum ſit ꝙ miſſam in ſu/
premo vite periculo velit celebrare
Magiſter ergo intuit⁹ priorem auer
ſis oculis innuit vt recedat. quo pa
rente/et rem expectāte taȝ grandis
euent⁹/ſurrexit. mgr̄ vt potuit ſacris
veſtib⁹ ſe induit. celebrauit et ſūpto
corpore viuifici ſacramenti vulnera
manus et gutturis ſecunde abluti
onis in calice liquore perfudit et ſic
in integrū ſoſpitat⁹ eadē die in am/
miratione omniū qui rem ſciuerunt
in ꝯſiſtorio corā papa et cardinali/
bus et omni clero glorioſiſſime pre
dicauit. Hinc poſtea factū eſt vt ipſe
papa ⁊ fratres in curia deuotiſſimi
erga predicatoꝝ ordinē cū incōſue
tis autoritatib⁹ et ꝑuilegijs exalta/
rent. Unde ſucceſſor ipi⁹ pape ho/
norij dn̄s papa gregorius fratri io
hanni dicto de argentina quondā
boſnenſi epiſcopo magiſtro ordinis
predicatoꝝ facto cuȝ magna deuo
tione dixit. Me tibi cariſſime q̄ſi pro
incude papam orbis conſtituto. lin
guam autē tuam ponam pro mal/
leo. vt ſm̄ omnia priuilegia que or/
dini tuo expediunt. vel priuilegia q̄
alijs etiā religioſis quibuſcūq; vſq;
in preſens ꝯceſſa ſūt priuilegia ſcri/
bi facias et bullabo. Nec mora ma
giſter et qui cū eo erant fratres om
nibus regiſtris apoſtolicoꝝ inſpec/
tis omnia priuilegia que ſibi cōmo
da ⁊ vtilia pro confirmatione ordi
nis eſſent vel fore poſſent conſenſu
cardinalium et curie bullata ⁊ ſup/
ſcriptōnibus inſignita ſolenniter ac
ceperūt. Hinc ad beate memorie ior
danuȝ redeamus ⁊ quid fecerit vel
de eo ſit factum videamus. Igitur
vbi dies venit/quo/accepta licentia
a cardinalibus exire curriā debuit/
a domino papa inuitatus contra
conſuetudinem nunq̄ȝ viſam ad mē
ſam eius in modum lune cornicula/
tam ſedere cōpulſus eſt et poſt prā
diuȝ ſic dimiſſus. Et vide quid actū
ſit. Extra romā ad ſex fere miliaria
noctis tenebris ꝯpheſus hoſpitiū
cū ſuis a ſacerdote ville queſiuit et
nō accepit. Sed cū recept⁹ fuiſſet a

paupere et pre penuria recipientis
incenat⁹ veſpere remanſiſſet dixit cū
ingenti gaudio fratrib⁹ qui ſecum
erant Benedict⁹ preſbiter ille q̄ no
bis negauit hoſpiciū qꝛ mihi gloriā
abſtulit qua hodie cum ſummo or/
bis pontifice in vna menſa conſedi.
Hinc ꝑ alpiū iuga nō longe a mon
tis pede digreſſus acutā febrē gra
uiſſimaꝫ labore itineris fatigat⁹ in/
currit Et vide lector q̄ꝫ callide ⁊ hu
ic inſidiat⁹ eſt diabolus ſancto viro
Epūs ciuitatis ad quā declinauit
vt audiuit tāti prīs aduentū hoſpi
tio recepit infirmū et violenter in ꝓ
priū ſui ſecreti thalamū et in lectum
ꝓprium collocauit. Habuit aūt ma
giſter ſecū priorē ſui ordinis virum
diſcretū litteratū valde et ꝓuidum
in morib⁹ ꝓbatū et phiſicū qui ma
giſtri ſciens ꝓpoſitū etiaꝫ in infirmi
tate duriſſimū dixit. Oportet vt ma
giſterio exinanias te et mihi ſis obe
diens et ſubiect⁹. Cui magiſter hu/
militer. Fiat inquit. Mox ergo con/
tra ↄſuetudinē ordinis ſuauiter in
plumis ſtratū eſt infirmāti. Primo
ei vt vidim⁹ in lectis plumeis iacere
fratrib⁹ nō licebat. Sed qꝛ in mltis
locis et terris maxime apud paupe
res paleaꝝ copia vel ſtramenta nō
ſunt ſtatutū eſt vt ſicut ſternerēt fra
trib⁹ iacere liceret. Nocte igiꝫ magi
ſtro ſolo in thalamo quieſcenti ap/
paruit diabolus tranſfiguratus in
angelū lucis dicēs. Eſt ne magiſter
iſte iordan⁹ qui fama celebris et vir
tute pater tanti predicatoꝝ ordis
clareſcit? Dubitare poterā niſi ante
longo tpe te nouiſſem. O q̄ꝫ vilis et
impudēs fact⁹ es qui q̄ſi dn̄ator ter
re in lecto plumeo et ſericis requeſcis
O miſer quale exemplū ordini tuo
et frīb⁹ relinq̄s. ſed nō eſt tui de⁹ ob
lit⁹ in finē qui ad redarguendum te
miſit me. Et tu igiꝫ ſurge ⁊ terre ſup
plex incumbas. Nec mora diabolo
diſparēte territ⁹ magiſter in terram
corruit et ſic iacens mane a dicto ꝑ
ore et fratrib⁹ inuenitꝫ. quē ꝑor val/
de ſeuere corripuit ⁊ ꝑ obedientiaꝫ
in lecto iacere cocgit. Sequēti autē
nocte ſathan iterauit audaciā duri
us q̄ꝫ ꝑus ſibi inobedientē redargu
it et magiſtro ad terraꝫ deſcendere
mox precepit. quē cū de mane prior
iterato inueniſſet ad terrā grauiter
indignat⁹ dixit. Miror veſtrā nō tm̄
vt ita dicā ſtulticiā imo ꝑrſ⁹ inſaniā
qui in periculū nō ſolū corpis ꝫ etiā
anime ↄtra obedientiaꝫ hoc facere
voluiſtis. Et ego teſtor altiſſimū ꝙ
nollē ꝓ toto mūdo ita grauiter cō
tra deū ⁊ ordinē exceſſiſſe. et hec di
cēs flere cepit vberrime. qđ vt vidit
collachrimat⁹ eſt et mgr̄. et ꝓcidēs
ad ei⁹ pedes ↄfeſſus eſt qualiꝫ ei vt
ab eo verius cernerēt trāſfigurat⁹
in lucis angelū diabol⁹ illuſiſſet. tūc
ꝑor admirat⁹ mitigat⁹ eſt valde. et
ꝑcepit vt lectū aſcenderet ⁊ tps cre
ticū expectaret. Erat aūt debilitat⁹
valde et indurata matēia vix habe
bat ſpūs ad pauſandū. Tertia aūt
nocte nō deſtitit diabol⁹ triplicare
veſaniā. et vix mox ad increpandū
vba ↄpoſuit. ꝑuenit cū vir beat⁹ et
dixit. O nequiſſime humani generis

inimice quomodo ſimplicitatez me am quaſi per zeluz qualemcūqꝫ ad ordinē illudere voluiſti. Et ego qui dem niſi hoc omnipotentis dei diſ/ penſatio ꝑmiſiſſet ſapientius aduer tiſſē ꝙ melior eſt obedientia q̄ꝫ ſtul torum victime et ꝙ quaſi genus ari olandi eſt nolle adquieſcere. ſed et hinc mihi miſerrime acceſſit gloria. tibi autem confuſio ſempiterna. Et ſtatim his dictis in faciem vmbrati/ cam expuit diſparētis. Magiſter au tem poſtq̄ꝫ cum alacritate ſpiritus et ſine perturbatione quieuit circa diem ſeptimum optime creticauit. qui infra paucos dies ab egritudi/ ne recreatus integerrime conualuit Quid autē ſibi in ipſa ſua infirmita te contigerit ad exempluz poſteris affuturum fratribus enarrauit.

Hinc et aliud per illuſionem demo/ nis in bononia contigit. Celebra/ uit idem beatus vir miſſaz die qua dam vt ſolebat fere quotidie in ſe/ creto. ſenſit autem tam mirifici odo ris fragrantiam in ſuſceptione diui ni ſacramenti vt nulli eſſe poſſet du biū hanc non eſſe niſi a deo niſi for ſitan alicui qui diſcretionē ſpirituū habuiſſet. Os mire odoriferꝫ ꝑ lon gū tp̄s habebat et man⁹ ita vt vix ei cibus ſaperet ore ſumpt⁹. palato tñ cordis interius diſcernebat qꝛ o/ dor ille recreationē ſpiritui nō p̄ſta/ bat. Abijt ergo dn̄m deprecari q̄d ſibi vellz odor ille reſperſus inuanū ꝗ reuelatū eſt ei qꝛ demonis arte ſit geſtū et crucis ſignaculo mox ceſſa uit. Eodē tp̄e cū idez mgr̄ iorda nus multos litteratos clericos ad ordinē ꝯuertiſſet et in bononia rece piſſet et multi ex eis grauiſſimis de monū impulſib⁹ temptarent̄. et ꝑ h̄ mgr̄ mira orationū inſtantia repu/ gnaret. Vna dierꝫ demō libera vo ce locutus eſt ei. Facias inquit fr̄es tuos ceſſare a predicatione et ꝯfeſſi onibus hominū audiendis. et ego ceſſare faciā ſocios meos ab omni/ moda temptatione fratrū et lucta. Conſenſit mox magiſter ad temp⁹ et effectum mox ꝯſecutus eſt ſponſi onis. Nec multi poſt hoc dies effiu xerant cum magiſtro oranti dictum eſt ita. Quid eſt q̄d facere voluiſti. vt inires pactū cū morte! Orent fra tres ꝓ tempore. et ꝓ tempore ſtude ant proximoꝝ inſtructionib⁹ et ſalu ti. et ꝓculdubio pure et vigilātis in ſtātia temptationes demonū repel/ lent̄. Nec mora vbi hoc magiſter in capitulo fratrib⁹ indicauit et illi mā datū eius miro ſpiritus feruore cō/ plerent. virtus demonum eneruata eſt et fratres in cōmuni omēs mira alacritate mentis ab omnibus tem ptationibus quieuerunt. Et hinc no ta lector quid in hoc articulo dicat glorioſiſſimus Aug⁹. Orationibus mundamur. lectionibus inſtruimur vtrūqꝫ aūt bonū eſt ſi vacat. ſi vero nō melius eſt orare q̄ꝫ legere. In le/ ctionib⁹ ꝯgnoſcim⁹ q̄d agere debe/ am⁹. in orōnib⁹ percipim⁹ que ſaluti neceſſaria poſtulam⁹. Orationibus nutritur anima. lectionibus excitat̄. Nouit ſemꝑ oratio ſine lectione ꝓfi cere ſed lectio ſine orōne rariſſime.

Unde ⁊ diſcerni pōt deſacili quāti ſit periculi et laboris paꝝ vel nichil orare et ſemꝑ legere et nunqꝫ ad ſapidam ſcientiā ꝑuenire. ¶ Vidi et certiſſime expertus ſum ſicut auditor eius ꝑ multū tempus ꝙ venerabilis ille frater ordinis predicatorum magiſter albert⁹ cuius ſuperius fecimus mentionem multis annis fere quotidie cuꝫ tū in cathedra theologiam legeret. tantū de die et nocte orationib⁹ incūbebat vt pſalteriuꝫ dauiticū legeret et interdum dictis horis et lectionib⁹ et diſputatiōib⁹ terminatis cōtemplationi diuine et meditationib⁹ inſudaret. Quid miri ergo ſi talis homo in ſcientia ꝓfecerit qui tā ſancte tā integre in v̾tute ꝓfecit! Certū eſt ergo vt in ꝑcedentib⁹ dictū eſt orōnū inſtantia virtutē demonū eneruari. et nō tm̄ ſtudiū ſcripture. verūetiā omnis virtutis gratiā ꝑ orationis vigilantiam augmentari et in robur ꝑſeuerātie ōſeruari. ¶ De ipo aūt pie memorie et vere ſancto viro magiſtro ordinis predicatoꝝ ſancto Jordano quid ad petitionē fratrū in ꝓſa poſuerim indicet. Gaude felix theutonia tempus inſtat leticie. quondam virtus glorie ſurgit virore grē. Rorem miſericordie ſpondens in abundantia ſi vas ſit capax venie. Riuū rorantē edidit fons aquis indeficiens. qui patēs idē indidit riuus inde ſcaturiens quē bibens ager ſitiens fructū centenū reddidit Triplo centenū faciēs pr̄ iordan⁹ effluit. vt riuus fonte grā queꝫ nunqꝫ q̄s iminuit bibēs ex indigētia. ſed ſtat miſericordia plen⁹ qui preſſos doluit dira mūdi miſeria. Allexit ore melleo mltos vt xp̄o viuerēt ſpreto cultu phalereo cultū cordis induerent et verba vite ſpargerēt ore flāmātes igneo frigus peccati pellerēt. Sanctus orbat⁹ oculo fabro lumen reſtituit. et fame preſſo populo multiplicatū prebuit paneꝫ turbe dū eguit. xp̄m ſequēs miraculo ꝑ queꝫ h̄ munus habuit. Prece ſancti conceperat vxor viri bohemie ꝓlem ſancto donauerat ob ſpem maioris grē. Sed abortiua ſpem neſciuit q̄d omiſerat ſācti p̄ris cuſtodie. Peractis horis plurib⁹ voti memor efficit̄. inclamat ſanctū precib⁹ et in fletū reſoluitur. Nec mora. vite reddit̄ puer datis vagitib⁹. et ſic iordan⁹ dicitur. Sathan ſanctū aggredit̄ temptat modis mirificis. odor fuſcat⁹ ſpargit̄. dū ſacris inſtat miſticis. ſed nō valet artificis diu dolus dum ꝓdit̄ in prece viri ſupplicis. Hinc terrā ſanctā adiit fr̄es illic inuiſere. ſꝫ cū mare rediit mergēdo cepit pſallere xp̄m bn̄dicē. ſicqꝫ celū ſubiit vt ſignis datur credē. Nec mora mox incanduit colūna lucis maria q̄ dū de celo micuit membra luſtrās ſanctiſſima. in quo trāſiſſꝫ anima videtes ſcire voluit in re manifeſtiſſima. Proiecto ſancto litori celi lāpas emicuit q̄ ter ſupſtās finiit. quarto q̄ꝫ reſplēduit in hūc quē ſecū habuit. et ſic recurſu celeri rapta nube non patuit. corp⁹ fragrās mirifice curat̄ a fidelib⁹. a grecis dant̄ vnice latinis ⁊ gētilib⁹

laudes xp̄o cū fletibus et ſic veruꝫ
magnifice ſub tribus patet teſtibꝰ
Hinc in achondilicia ferꝫ̄ pater ma
gnificus recipit̄ cuꝫ gloria fit mox
ſigno mirificus ſaluatur paraliticus
ſicqꝫ virtutū gracia ꝓpalatur mag
nificꝰ. Antiqua tūc ꝓdigia iubar
nouum recipiunt prece ſācti demo/
nia victa clamant et fugiunt et ſur/
di ſonos audiunt claudos ſoluit le
ticia ceci lumen recipiunt Hec pr̄is
tam̄ eximij ſequamur nos veſtigia
vt digni pr̄is filij pr̄is ditemur gra
tia. ſicqꝫ ſecum in gloria ſortē ſperā
tes p̄mij ducamur ad celeſtia ameꝫ
Hic vir beate memorie natōe theu
tonicus. de weſtphalia natus eſt
qui mira preditus gracia ordini p̄
dicatoꝝ prefuit mł'tis ānis ¶ Fra
ter quō daꝫ ordinis p̄dicatoꝝ ele/
ctus et bonꝰ arnoldus noīe ex par
tibus treuerenſibꝰ natus et p̄or fra
trū in opido wiburgenſi dictū bea
tum virū magiſtꝝ iordanū vt ipſe
met retulit mihi ſtatim defunctum
vidit int̄ choros āgeloꝝ apl'orum
ꝓph̄aꝝ manibꝰ angeloꝝ ferri. et h̄
q̄deꝫ vt ip̄e audiui btā luytgardis
aq̄rie monialis de magiſtro iorda
no in ſpiritu rapta videt. Et q̄dem
liꝫ paꝝ digrediar apte tn̄ de ſupra
dicto fratre arnoldo p̄ore wilbur/
genſi viſionē pulcerrimā enarrabo
Retulit m̄ frater pius et bonꝰ qui
hoc ipſū ab illius ore p̄cepit ꝙ an/
nis pauciſſimis ante morteꝫ deſide
riū magnuꝫ habuerat vt ſup ſtatu
ſuo cui vt ꝓpriū eſt bonaꝝ mentiū
nō modice metuebat a dn̄o ſolare
tur Accidit ergo vt ſemiuigilāti do
minus ih̄s xp̄s in forma ſpecioſa p̄
filijs hoīm glorioſiſſiꝰ appareret quē
vt ſtatī in p̄mo intuitu ꝯgnouit co
gitaē cepit O vtinā m̄ oñderes do
mine me eſſe cū ſaluādis in libro vi
te conſcriptū Et mox dn̄s in pecto
ri ſuo libꝝ vite demōſtrās eius co/
gitationi rn̄dit Ecce inquit liber re
uolue eū et nomē tuū aſcriptū inue/
nies. Et mox gaudio cordis exiliēſ
vertit librū et legēs lr̄is aureis ſcri
ptum vidit et in eo repperit nomen
ſuū. et merito q̄dem in libro vite pe
ctoris xp̄i ſe ſcriptū vidit qui vita
preelectus et opꝫ verbū vite criſtū
in pectore gerebat et ore ꝑ qd̄ deo
et hominibꝰ amabil' apparebat. Ip
ſe eni aſſumptꝰ in ſociū a dn̄o vnga
rie fratres ſui in wiborch nullū ali
um prioreꝫ eligere voluerūt donec
eis redditus remaneret. Cui ſucceſ
ſit magiſter raymūdꝰ vir l'ratꝰ val/
de qui in vtroqꝫ iure rexerat. eccleſi
aſtico ſcꝫ ⁊ ciuili Hinc ſucceſſit ⁊ ve
nēabilis iohānes de theutonia na
tus qui multo tp̄e peītētiarius dn̄i
pape in roma cū boſnenſi epiſcopū
eccleſie prefecit Et cū habēt in epi/
ſcopatu plus q̄ꝫ octo milia marca/
rū in redditibꝰ quaſi nihil. tamē in
vſus ꝓprios expendebat ſꝫ omnia
pauperibꝰ erogabat. Nec ſolū qui
deꝫ equum habuit ſed azellū qui li
bros et epiſcopales infulas depor/
tabat. ipſe vero pedes cuꝫ fratribꝰ
incedebat. Hic poſtmodū abſolu
tus ab epiſcopatu electꝰ eſt in ma/
giſtrum ordinis predicatoꝝ et his

preſuit multis annis. De hoc vene
rabili viro certiſſima relatiõe pcepi
mus ꝙ ei puero exiſtenti adhuc in
etate annoꝝ.x.ordo p̄dicatoꝝ qui
nondũ erat tunc et ꝙ epiſcopus fu
turus eſſet:et omnis ſtatus vite ſue
a domino reuelatus ſit ⁊ oſtenſus
Multaquoqꝫ facta ab eo mirabilia
referunt̃ ex quibus vnum breuiter
enarrabo. Venit in romanie par
tibus tunc magiſter intrauit hoſpi
tiũ pauperrimi ſacerdotis. decubu
it ſup ſcamnũ itinere fatigatus.et
dum anxius cogitaret vnde paup
rimo hoſpiti aliquid obueniret.vñ
ſe cũ fratribus reficeret fatigatos
venit auis quã corniculã dicimus
et de ſupremo aere eius pedib⁹ ad/
uolauit.que pedes magiſtri frequẽ
ter roſtro concutiens iteꝝ ad aera
reuolauit. Quo viſo mgr̃ ſurgens
inconſuete magnitudinis ſpiſſitudi
nis et latitudinis numiſma argẽte
um qđ cornicl̃a ad pedes magiſtri
poſuerat mox inuenit. aduocãs ſa
cerdotem munus cornicule iuſſit ac
cipere et neceſſaria fratribus mini/
ſtrare. Hunc ante epiſcopatũ a iu/
uentute cognoui nec vnqꝫ aduerte
re potui minus eũ deuotũ tunc mi
nus qꝫ ſolicitum de propria vel ſa/
lute aliena qꝫ poſtea cum ep̄us vel
magiſter ordinis extitiſſꝫ. Obijt ãt
in maximo feruore ſpirit⁹ apud ar/
gẽtina vrbẽ theutonie. Ad cui⁹ tu/
mulum crebra miracula facta nar/
rant̃ Eleuatũ eſt autem corpus mi
rabile a domino mogũtinẽſi archi
ep̄o et electo argentinenſi anno ab
incarnatione dñi M.cc.lxxvi. In ei⁹
eleuatõne fratrib⁹ p̄dicatoꝝ ad ge
nerale capitulũ ꝯgregatis illuſtris
regina vngarie mãdauit p lr̃as ſo
lenne miraculum quod ſubiungo
Filius ſuus ꝓmogenitus cõgre/
gato exercitu magno dimicare vo
luit ꝯtra patrem ꝓ quo regina ma
ter nimirum grauiſſime turbata to
ta nocte p̄cedenti q̄ ſequẽti die fu
tura cõgreſſio putabatur in orati/
one ſe et lachrymis dedit.tã ꝓ filio
qꝫ viro rege ſolicita. Fiducial⁹ tñ
ad magiſtrum iohannem oratione
directa quem multum in vita dilex
erat et fratrem quendã eiuſdem or
dinis quem iam defunctũ confeſſo
rem habuerat ambo eidem regine
ſemiuigilãti apparuerũt .Cui magi
ſter iohãnes ſereno vultu p̄dixit in
quiens qm̄ in noſtris orationibus
mediante clementia dei fiduciã ha
buiſti .ecce p̄dico tibi quoniam ho
die anteqꝫ comedas nuntius dicet
ꝙ pacificati erunt pater et filius in
bonũ om̄ibus ordinatis. Mãdauit
et alia dicta illuſtris regia ꝙ eodẽ
ãno p merita dci ep̄i et mgr̄i iohĩs
ſuſcitat⁹ mortu⁹ fuiſſet ſil̃ et alia infi
nita miracl̃a claudoꝝ cecoꝝ ſurdo
rũ obſeſſoꝝ a demõib⁹ ⁊ aliaꝝ infir
mitatũ p ei⁹ merita ꝯtigiſſẽt. Huic
ſucceſſit venẽabil̃ hũbert⁹ vir gene
roſ⁹ ⁊ ſpectabil̃ genẽ de burgũdie p
tib⁹ nat⁹. q̄ gr̄a p̄dicacõis inſignis le
ctor fr̃m anqꝫ in mgr̄m p̄ficẽt̃ emi/
cuit. Hinc poſtmodũ in tuſcie par/
tibus prior ꝓuincialis fr̃m p̄dica/
torum factus ad eo romane curie

graciosus et car⁹ fuit vt eū plures
cardinales in papā eligerēt eo tem
poꝛe quo dict⁹ Innocentius q̄rtus
eſt in apoſtolicū aſſumpt⁹. q̄ poſtea
ꝓuincialis francie fact⁹ magiſter to
tius oꝛdinis eſt effect⁹ At q̄m nō in/
utiliter lʒ longe a materia digreſſi
ſum⁹ ſpūalem nequitiā demonū ꝓſe
quamur ¶ Eſt et aliud fallendi ge/
nus demonū vt homines fallāt ſpa
cio penitentie vel vite ꝓlixioꝛis ꝓ/
miſſo. Unde mihi frater oꝛdinis p̄/
dicatoꝝ quiddā valde mirabile re
citauit. Erat quidā nobilis in Weſt
phalie partib⁹ vir armis ſtrennuus
et pꝛepotēs inter ſuos. Hinc nocte
quadā ꝑ ſiluā terribilem tranſiens
audiuit vocez mulieris q̄ ̄si in vicino
cantātis. Et dixit ſuis. Eſt ne quis
veſtrū qui mecū vadat. mulierem vi
dere cantantem? Omnib⁹ ergo diſſi
mulantib⁹ et ꝓhibentib⁹ illū pꝛexit
ſolus et inuenit ſtantez ſub arboꝛe
quaſi nigrā monialē extenſis in ce/
lū manib⁹ cantantē Quā cū interro
gaſſet ille quid ageret. reſpōdit hic
laudo deū meū. Credēs aūt ille ali
quē ſanctoꝝ eſſe. rogauit eā dicens
Dic mihi obſecro q̄d futuꝝ eſt mi/
hi. Et illa. multa inquit mala feciſti
⁊ adhuc facies. deuictis inimicis tu
is crucē tranſmarinā ſuſcipies trāſ/
fretabis et in xp̄i ſeruitio moꝛieris.
Ad hec verba gauiſus ille receſſit.
et vt illi pꝛedictū eſt facta cede ho/
minū inimicos deuicit. Qui cū p̄ſto
laret̄ crucis ſignationē vt tranſfre/
taret incidit in acutiſſimā febꝛē. Ro
gantib⁹ ergo et ꝯſulentib⁹ phiſicis
et amicis vt ꝯfiteret̄ peccata et pe/
niteret ꝯmuniret qʒ ſe eccleſiaſticis
ſacramentis q̄a ei periculū iminere
videret̄. noluit ille nullo modo ſe re
putans moꝛiturū. Cū qʒ ſuper hoc
phiſici mirarent̄. fratrē illius carna
lem magne indolis clericū manda
uerūt. Cui fratris periculū intiman
tes ſuper ſalutē anime illius ad mo
nendū inſtantius conſulebant. Mox
ad fratrem ingreſſus clericus argu
it periculoſius infirmantem Cui mi
les ait. et tu vt aliꝫ ſtultus inſtas mi
hi qui optime ſcio ꝙ nequaq̄ʒ moꝛi
riar Cui clericus cū lachꝛimis dixit
Et vnde hoc habes frat̄ cariſſime?
Et ille tandem. Sic et ſic dictum eſt
mihi ꝙ crucem acceptur⁹ ſum et in
